visto 1640

¶ Sigeberti Gemblacensis cœnobitæ Chronicon ab anno 381 ad 1113 cum insertionibus ex historia Galfridi & additionibus Roberti abbatis Montis centū & tres sequētes ānos cōplectentibus promouēte egregio patre D. G. Paruo/ doctore theologo/ cōfessore regio: nunc primū in lucem emissum

Cum priuilegio.



¶ Venale habetur in officina Henrici Stephani (vbi impressum est) e regione scolæ Decretorum sita: & in vico sancti Iacobi in officina Ioannis Parui sub Lilio aureo.

Priuilege pour ce p̄nt liure.

¶ Le Roy nostre sire a dōne & octroye a Iehan Petit libraire iure de luniuersite de Paris: & a Henri Estiēne imprimeur en ladicte vniuersite Priuilege de troys ans pour ce present liure intitule les Chroniques de Sigebert: de imprimer & faire imprimer. & a defendu & defend a to⁹ aultres de ce Royaulme de non imprimer ne faire imprimer / vendre ne distribuer aultre que ceulx que lesdicts libraires dessus nōmes aurōt fait imprimer / ne eulx en mesler en maniere que ce soit du iourduy. vij. iour de Iuin lan mil cinq cens & treze: iusques a troys ans reuolus & accomplis. Non obstāt quelconques ordōnāces / inhibitions ou defenses a ce contraires sur certaines grandes peines / a plain & bien au long declarees es lettres du dessusdit priuilege. Dōne a bloys le douzieme iour de Mars lan mil cinq cens & vnze Par le Roy. Et signe Geuffroy.

¶ Alphabeticus index historiarum in hoc opere cōtentarū: per foliorū numerū signatus. cui quidem numero prępositus punctus / primū folij latus indicat: postpositus autē / secundū.

SIGEBERTI DE TEMPORIBVS INDEX

INDEX

Idatius. 21. a.

Alphabetici indicis finis.

¶ Plurimū reuerendo patri & domino D. Guillelmo Paruo regiæ maiestati ascito confessori / doctori theologo q̄ clarissimo Antonius Rufus. S.

SVperioribus diebus cultor tui nominis & litteris achademiæ nostræ Parisiensis vtcunq; potest inseruiens Iacobus Faber/ tuo nomine & Ioannis Parui insignis bibliopolæ eiusdē studij colendissime pater/ tradidit michi historiā Sigeberti Gemblacensis monachi: q̄ superiore æstate Chronicon Eusebij de temporibus emitti iusseras. Ego vero protinus acceptā historiam cum vetusto exemplari ex bibliotheca diui Victoris in sūmenijs vrbis Pariseæ multa cum humanitate cum abbatis tum venerabilium illius loci patrum ad tuum nomen extracto: contuli. & q̄ plurima scitu digna comperi: maxime quę ad rem ecclesiasticam & religiosam pertinent. in tuo tamen exēplari religiosissime pater/ sunt quędam inserta ex historia Britannica Galfridi Monemutensis: ex antiquissimis Britānici sermonis monumentis in latinū sermonem traducta. quę quia sic repperi: intexta dimisi. Quare celeberrime pater arbitraturus nostrā operā haud tibi displicituram: aggressus sum domesticæ officinæ Henrici Stephani apud quem diuersor cōmittere opus/ vt ad effigiem Eusebij cuderetur. sic enī hoc opus cupiebas multis prodesse/ ac in publicum elucescere. Si optimo desyderio tuo satisfecero: reipublicę satisfactū putauero. cuius vtilitati in emittendis nondum luce donatis libris/ quæ tua est animi tui nobilitas: vel maxime studes. Vnde tibi non parū merito debebit studiosorum omnium posteritas. Recte Vale.

¶ Cęterū egregie pater quia inuenimus hūc Sigebertū multa alia cudisse o͞pa quę forte nōnullis placere poterūt: visū est michi nō p̄ter officiū si huic epistolæ meę subiecero de hoc viro

ex libro scriptorũ ecclesiasticorũ testimoniũ. Sic enĩ in eo de ipso scribitur Sigebertus monachus Gemblacẽsis ordinis sancti Benedicti natione Gallus/vir in diuinis scripturis a iuuentute sua studiosissimus & multũ eruditus/atq; in sęcularibus litteris nulli suo tempore in Leodiensiũ territorio secundus/carmine exercitatus & prosa. Scripsit vtroq; stilo multa volumina: quibus nomen suum transmisit ad posteros. qui cũ in cœnobio sancti Vincentij Metensis ad instituendos pueros esset positus: scripsit heroico carmine.

Vitam sancti Theoderici episcopi	Lib.	I
Passionem sanctę Lucię metrice	lib.	I
De translatione eiusdem	lib.	I
Vitam Sigeberti regis	lib.	I
Passionem Thebeorum metrice	lib.	I
Vitam sancti Guiberti	lib.	I
Vitam abbatũ Gemblacensium	lib.	I
Vitam sancti Maclouij	lib.	I
Vitam sancti Theodardi	lib.	I
Contra papã Gregorium	lib.	I
Apologiam ad imperatorem	lib.	I
Contra epistolam Pascalis papę	lib.	I
In Ecclesiastẽ heroico metro	lib.	I
Historiam post Eusebium	lib.	I
De illustribus viris	lib.	I
De compoto ecclesiastico	lib.	I
Sermonum	lib.	I
Epistolarum ad diuersos	lib.	I

Alia etiam post hęc ædidit: quæ cũ suprascriptis opusculis non signauit.

Claruit temporibus Henrici imperatoris tertij: Anno domini M. C. X. Chronicã suam perduxit vsq; ad annũ Millesimũ Centesimũ Vndecimum.

¶ Amplifs. patri D. Antonio Boero D. Fiscannensi Guillelmus Paruus S.

CVM præsens Sigeberti clarissimi monachi Chronicon michi hodie cum præfixo ad me epistolio oblatum fuisset: id non satis pro dignitate factū putaui / & indolui plane. Nam non michi debebatur: sed alij potius / & tibi potissimum qui es ingentis monachicæ vitæ multitudinis amplissimus pater & optimus moderator / & eius quidem professionis cuius fuit & ipse Sigebertus temporū rerūq; insigniū in eis ipsis gestarum vigilantissimus collector. Quare exemplo eius (presertim cū tibi nuncupabitur opus) poterunt tui exhortari vt studijs honestatis vacantes posteris viuāt. Ad quod præterea poterunt animos eorum plurimū impellere multorum sanctorum illic descripta clarissima facinora: sed maxime omnium (vt mea fert opinio) tui nominis in huius libri frontispicio grauissima conspecta authoritas. Hęc me causa permouit: vt & opus tibi dicatum iri vellem & ad te breuiusculam hanc conscriberē epistolā / preter illā antiquā obseruantiam qua te tuosq; semper summe colui atq; magnifeci. Vale.

Parisijs ex regia curia septimo Idus Iunias. Anno Christi M D XIII.

¶ SIGEBERTI GEMBLACENSIS COENOBITAE CHRONOGRAPHIA INCIPIT.

DIcturi aliquid iuuante deo de cõtẽporalitate regnorũ. Primũ pauca dicamus de origine singularũ gentiũ: quatenus sequi poterimus vestigia maiorũ/ ducti per semitas historiarũ. Ponemus igitur in prima linea: regnũ Rhomanorũ. In secunda: Persarum. In tertia: Francorũ. In quarta: Anglorũ. In quita: Vuãdalorũ. In sexta: Lõgobardorum. In septima: Vuisigothorũ. In octaua: Ostrogothorũ. In nona: Hũnorũ.

¶ De regno Rhomanorum.

DE REGNO Rhomanorũ non aliud dicendum puto/ nisi quod propheta Daniel interpretatus est de quarto regno/ quod sicut ferrũ cõminuit/ domat & conterit omnia: sic ab origine sui tutuderit/ domuerit & cõtriuerit omnia pene mundi regna. Nouissimo vero tempore/ regnũ illud quod in tibijs suis ferreis diutissime & firmissime sine aliqua lassitudine steterat: tandẽ ferro suæ fortitudinis cõmixto cũ testa humanę imbecillitatis ex alto dominationis suæ gradu cũ fragore terribili labare cœperit. Hoc regnum primi Persæ impulerunt/ qui semper cum Rhomanis pene ex equo se habuerunt: modo vero vacillante reipublicæ statu eos vltro impetere non timuerũt/ & insuper eos suis finibus mutilare potuerunt. quando Iuliano apostata cęso & exercitu miserabiliter subiugato/ nimis fortunati facti sunt ex eorũ infortunio. Ita regnũ illud quod tanto tẽpore omnes pene mũdi gentes prędæ & dominationi habuit/ modo dei omnipotẽtia miscẽte ei duplũ in poculo quo cęteris miscuit/ cũctis pene gentibus prędæ & ludibrio patuit: & qui olim cũ alijs gentibus pro sola gloria certabant/ modo saluti suę vix satis cõsulere poterant. Nam quęcũq; gentes aut minuendæ domo multitudinis causa/ aut amore exercendæ suæ feritatis a patria sua exulabant/ Rhomanum imperiũ incessebant: & de eius latissimo corpore velut partes quasdã sibi exscindebant/ & in eis sibi regnandi locũ statuebant. Hoc in sequentibus clare apparebit.

¶ De regno Persarum

PORRO Regni Persarum originem altius repetere modo non videtur vtile/ quia quæ huius regni fuerit antiquitas/ quanta & q̃potens huius antiquitatis nobilitas: satis recolet lector per antiquorum historias. Hoc tantum notabo/ quia sępe victoria abusi de Rhomanis nũc autem recens cęso Iuliano & exercitu Rhomanorũ profligato/ & finibus suis Rhomano ĩperio mutilato/ & sic pro suo libitu pacis fœdere in viginti nouẽ annos composito/ fœlicitatem suam non tẽperanter ferebãt: & Sapore rege eorũ insolẽtius agẽte/ Christianis & Rhomanis oimodis infesti erãt.

¶ De Regno Francorum.

ORIGINEM Gentis nostræ regni scilicet Francorũ notificemus alijs ex relatu fideli maiorum. Post illud famosum & cunctis seculis & gentibus notum Troianæ ciuitatis excidiũ victoribus Grecis cedentes reliquiæ Troianorum: pars eorũ cum Aenea ad fundendum Rhomanum imperium ad Italiã perrexit / pars vna scilicet duodecim milia duce Antenore in finitimas Pannoniæ partes secus Meotidas Paludes peruenit. Ibiq; ciuitatem ædificauerũt quam ob sui memoriã Sicambriã vocauerũt: in qua multis annis habitauerunt / & in magnã partẽ coaluerũt / & a crebris incursibus Rhomanũ solũ incessentes: vsq; ad Gallias ferocitatis suæ vestigia dilatauerunt. Hos adeo Rhomanis infestos Constans Cæsar filius magni Constantini bello oppressit / & tandem Rhomano imperio subiectos aliquantulũ a sua feritate mansuefieri coegit. Post aliquot annos rebellantibus Alanis contra Valentinianum imperatorem / cum eos non posset imperator penitus debellare eo ꝙ eos intransibiles Meotide paludes tutarentur: proposuit Valentinianus ꝙ si qua gens has paludes intrare / & rebelles Alanos posset conterere / decem annis eos a tributis liberos redderet. Hac pactione Troiani illecti / & fortitudine & prudentia confisi: duce Priamo Meotidas paludes Rhomanis inuias ingressi / Alanorũ gentem exterminauerũt / & ita Valentiniano satisfecerunt. Valentinianus eorũ virtute delectatus / eos qui prius vocati erãt Troiani / deinde Antenoride postea etiã Sicãbri: Francos Attica lingua appellauit / quod Latina lingua interpretatur feroces. ¶ Alij Francos cognominatos dicunt a quodam eorũ rege Francione / qui in bello fortissimus dum cum multis gentibus dimicasset: in Europam iter direxit / & inter Danubiũ & Rhenũ cõsedit / ibiq; progenies eius coaluit / nulliusq; iugũ vsq; ad id tempus suscipere voluit. Vndecũq; ergo denominati sunt Franci: q̃tum altius colligere potuerunt Historiographi / hic Priamus regnabat super eos tempore prioris Valentiniani. Nam ex ipso regis nomine recolentes nobilitatẽ illius Priami sub quo euersa est Troia: inde gl̃iabantur gentis suę manasse primordia. Exacto decennio cum exactores repeterent tributa a Francis / Franci pro superiori victoria insolescentes / & de viribus suis presumentes: non solũ tributa negare / sed etiam Rhomanis presumunt rebellare. Rhomani collecto exercitu super Francos irruunt / & victos vsq; ad internitionẽ proterunt.

¶ De regno Britannorum.

NARRAT Antiqua Britannorũ historia: ꝙ Ascanius Aeneę Troiani filius de filio suo Siluio nepotem habuerit nomine Brutum. Hic matrẽ suam nascendo: patrem vero venando / casu interfecit. Cuius parricidij causa / tam exosum eum parentibus suis reddidit: vt de Italia pulsus / in Gręciã fugeret. Vbi exul cum esset tanta cœpit probitate pollere: vt confluentibus ad eum Troianis qui ibi captiui habebãtur / ducatum eorum sortiretur. Quorum fretus multitudine &

animatus consilio/ petijt a Pandraso rege Grecorū libertatē eundi ad alias nationes. Rex autem ira permotus/ bello eos cōterere voluit: sed nequaq̄ potuit. Nam victoria Bruto adeo ꝓspera ꝓuenit: vt plurimos de exercitu regis perimeret/ ipsumq̄ ex improuiso caperet. Regi autem mortem interminatus nisi rogatis annueret/ exegit ab eo filiam suam in coniugium/ auri & argenti copiam multam/ naues/ frumentū/ ceteraq̄ marino itineri necessaria. Quesitis igitur ex regis īperio plusq̄ trecentis nauibus/ & omni genere farris oneratis Troianis auro & argento plurimo ditatis: Brutus filiā regis accepit & soluto rege æquoreū iter aggressus est. Transierunt autem Africani & Mauritaniam/ veneruntq̄ ad littora Tirreni maris vbi quatuor generationes gentis suæ exules inuenerunt cum duce eorum Corineo: quibus secū assumptis direxerunt iter ad fines Aquitaniæ. Ibiq̄ eis exortū est cum Gallis grauissimū prelium: quibus eo tempore decem reges presidebant. In quo cōgressu apparuit miranda fortitudo Corinei ducis/ qui tam valide percussit cōsulē vnum in summo capite: vt eum dissecaret in duas partes toto corpore diuiso.

¶ Nepos autē Bruti Turonis & ipse fortissim9 miles/ qui solo gladio sexētos viros ibi ꝑimit: hostiū gladijs occisus est/ deditq̄ nomē Turoni ciuitati quia illo in loco inhumatus fuit. Hanc ciuitatem Brutus dicitur postmodū construxisse (vt Homerus testatur) finito illo certamine: vbi ex vtraq̄ parte multi sunt interfecti. Brutus cū suis ad naues transijt/ cœptumq̄ iter aggressus: tandem ad insulam destinatam peruenit. Erat autem nomē insule illius Albion & a solis gigantibus inhabitabatur/ cum quibus certamen persepe habuerunt. Brutus vero de suo nomine insulam appellauit Britanniā: hominesq̄ suos Britones vel Britānos. Dux autem Corineus terram quæ sorti suæ cesserat: Corineam vocauit/ quæ modo Cornubia vel a cornu Britannie/ vel per corruptionem prædicti nominis appellatur. Porro exactis vigintiquatuor annis ex quo insulam ingressi sunt: mortuus est Brutus/ relictis tribus filijs regni sui heredibus. Qui sepulto patre distribuerunt inter se regnum patris/ singuli partē suam de nomine proprio appellātes. Primus cui nomē erat Locrinus mediam partem insulæ possedit: quæ postmodum Leogria est appellata. Secundus qui Camber dicebatur/ accepit partem illam quæ postea Cambria dicta est/ & modo Guallia vocatur. Terti9 cui nomen erat Albanacius possedit terram quæ nunc Scotia dicitur: eiq̄ indidit nomen de nomine suo Albaniam. Regnauit autem Locrinus: decem ānis & mortuus est. Et ita vsq̄ ad Iulium Cæsarem Britanni libera dignitate regnauerunt: sub cuius imperio Rhomani tributarij facti sunt. Porro tempore Marci Antonij veri instantia Lucij Britanniarum regis per legatos Eleutherij papæ mysteria Christianitatis perceperunt: in qua aliqui eorum vsq̄ ad martirij coronā prouecti sunt. Orta enim persecutione sub Dyocletiano Cæsare/ licet fides in pluribus deficeret: in alijs tamen frangi/ nec mori potuit. Sed postq̄ Maximus tyrannus insulam Britanniæ militum præsidio euacuauit: irruerunt Picti/ ceteriq̄ barbare nationes cum eis populumq̄ imbellem & terram

totam in cęde & pręda vaſtare cœperunt. Acceſſit huic malo & aliud ꝙ rex Vuortigernus ad tutamen ſui/hoſtiumq; expugnationem inuitauit gentem Saxonum adhuc Paganorum. Nam cum aliquandiu ſtrennue/ac fortiter eos tutati fuiſſent/dominandi cupiditate illecti/dignitates ciuium a rege pe tierunt vt non iam opem ferre ciuibus: ſed potius tyrannidem exercere in eos liberius poſſent. Quod Britanni precauẽtes expulerũt eos/ſed illi repulſi multiplicius redierunt pacemq; ſimulantes pene vniuerſos principes eorũ fraudulẽter occiderũt. Pręualentes igitur ad tempus ciuitates & caſtella oc cupauerunt/donec ſurgeret rex Aurelius Ambroſius qui eorum ducem in terfecit: ciuitates eis abſtulit & reliquias eorum effugauit. Poſt quem ſurre xit Vtherpendragon Aurelij frater qui genuit Arturum regem inuictũ atq; magnificum. Poſt hos ſex reges de gente eorum regnauerunt/& tunc pręualentibus Anglis auxilio Africanorum aliarumq; gentium Britones monarchiam inſulæ/& dyadema regni amiſerunt/& alij quidem in minorem Britanniam vbi eorum & genus/& nomen permanet: alij vero in Gualliam tranſfugerunt. Denuo cum redirent/regnum obtinuerunt ſed non multo poſt vrgente eos diuina vltione per famem & mortalitatem inſulam alienigenis gentibus inuadendam reliquerunt/& ab illo tẽpore Saxones/id eſt Angli/Angliam de nomine eorum nuncupatam ſub iugo tenuerunt.

De regno Vuandalorum

VANDALI Quoq; de Scithia oriundi/a Gothis victi/alienas terras inuadere cœperunt: qui ſuas retinere non potuerunt. Hos circa Danubium commorantes rurſum poſt multũ tempus Giberich Gothorum rex bello victos inde exturbauit/& ad hoc perpulit vt quas quoquomodo habere videbantur relictis ſedibus Rhomano imperio ſe ſubderent: & a Conſtantino magno locum habitandi ſibi dari ſuppliciter pe terent/quod & impetrauerunt/& Pannonias ab eo ſibi delegatas per ſexaginta annos pacifice inhabitauerunt. Vnde anno Archadij tertiodecimo & Honorij euocati inſtinctu Stiliconis rebellionem contra rempublicam meditantis infuderunt ſe per Gallias iunctis ſecum Alanis: eaſq; aliquandiu miſerrime dilacerauerunt. Etiam inde eos expellebant Gothi/non quidem proſpicientes Galliarum quieti: ſed vacue facientes patriam ſuæ rapacitati. Vuandali Hiſpanias aggreſſi: nunc Hiſpanias/nunc Gallias multo tẽpore depopulati ſunt/ſed nec ibi a Gothis tuti eſſe potuerũt. Quippe quia Gothi nimis Italiam inquietabant. Honorius deliberato cum ſuis cõſilio Hiſpanias & Gallias/quas ſibi a Vuãdalis & alijs gentibus pręreptas dolebat: Gothis rata cõfirmatione donauit. Cũ ergo Gothi a finibus

ſibi deputatis Vuandalos / alioſq; hoſtes effugare maturarent / & Vuandali vndiq; concluſi timore Gothorum æſtuarent : populi peccatis facietibus inopina & grata occurrit eis fœlicitatis oportunitas. Nam inter Bonifaciū & Etium Rhomanos duces per inuidiā orta ſimultate/ Bonifacius factus inferior cum dolorē ſuæ iniuriæ nollet vlciſci/ niſi dāno & periculo reipubicæ: ad Hiſpanias tranſiuit & Vuandalos ad occupandā Libyam & Africam inuitauit. Quo cum peruolaſſent: ibi regnū ſuum multo tempore confirmauerūt/ & diuina & humana ſine aliquo reſpectu humanitatis vel diuinitatis perturbauerunt.

ℭ De regno Vuinilorum.

VVINILORVM qui poſtea patria ligua Lōgobardi a longis barbis vocati ſunt/ certam quidem originem legimus: ſed certum originis eorum tempus non inuenimus. Nam reges regnaſſe ſuper eos legimus/ quorum etiam nomina didicimus: ſed annos regni eorū per tempora diſtinctos non inuenimus. Hi in Scandinauia Scithiæ inſula degentes / cum ita multiplicati eſſent vt eos terra ſua capere nō poſſet/ egreſſione tertię partis minuere multitudinē, cōſiliū habuerūt: & quinā exire deberent miſſa ſorte quęſiuerunt. Ergo tertia pars Vuinilorum prout eos miſſa ſors elegerat ducibus Agion & Ibor de Scandinauia egreſſi / de loco in locum incerti & vagabundi : & a multis ſępe bellis impetiti viriliter quia pro anima res erat illis/ ſalutem & libertatē ſuam defendebant. Porro Agion & Ibor mortuis/ regnauit primus ſuper eos Agelmūdus triginta tribus annis/ qui dum ageret ſe iuſto ſecurius: a Bulgaribus cum multis ſuorū eſt extinctus. Lamiſſio regnauit ſecundus / & poſt eum quadraginta annis regnauit Lethu tertius/ Ildehoc quartus/ Gudeoch quintus / eo tēpore quo Odoacer regnabat in Italia. Sextus Longobardorum rex fuit Claffo: ſeptimus Tato. octauus: Vualtarith. nonus: Audoluin/ qui Longobardos in Pannoniam duxit. decimus: Alboin. qui tranſductis in Italiam Longobardis: regnum eorum ibi firmiſſime ſtabiliuit.

ℭ De regno Gothorum.

AT GOTHORVM Qui apud antiquos Gethæ dicti ſunt/ quiq; poſtea diuiſi duo ex ſe regna/ id eſt Oſtrogothorum & Vuiſigothorū fecerunt: talem originem fuiſſe cognouimus ex hiſtoria Iordanis. Iſti Scādinauiā Scithiæ iſulam primo incoluerunt/ cuius poſſeſſione non contenti cum rege eorum Berich inde exierunt : & vicinas Scithiæ inſulas & terras peragrantes/ vicinas gentes bellis laceſſebant & terrore nominis ſui finitimas gentes ſibi ſubigebant. Poſt ſub Filemere quinto rege ſuo ad vlteriora Scithiæ progreſſi / ad citeriores vſq; ripas Danubij / terras Thraciæ/ Dacię / Meſięq; diu longe lateq; ſunt peruagati. Ibi per multa tempora/ imo per multa ſęcula in gentem magnam coaluerunt & multas gentes victorijs ſuis applicantes/ nomē & fortitudinē ſuam amplificauerunt : viribus vigentes/ ingenio callentes / philoſophiæ quoq; ſtudijs eruditi/ natiuam barbariē exuentes/ humanitate & honeſtate alijs barbari-

cis gentibus præminebant. Tempore autem Decij imperatoris transito Danubio cum Gniua rege suo grauiter incubabant Rhomano imperio. Qui a Decio ipetiti bello/exercitu Rhomano protrito/ipm Deciũ peremerũt cum filio Decio. Hac fœlicitate elati & sępe postea in congressu Rhomanis ducibus superiores effecti toti orbi Rhomano erant terrori. Isti adhuc trans Danubiũ cõstituti: tempore Valentis imperatoris cœperunt ciuili bello inter se collidi Athalaricus dux vnius partis: cum pręualuisset Fritigerno duci alterius partis. Fritigernus a Valente auxiliũ petit/Christianum se fieri promittit. Valens auxilium mittit/eosq; in sectam Arrhianorũ Arrhianus ipse induci fecit. Anno tertiodecimo Valentis Hunni qui & ipsi in Scithia potenter debachabantur atq; ferociter/ nacti oportunitatẽ ex intestina Gothorum simultate fines eorũ ex iprouiso inuadũt/eosq; bello victos aut sibi subiugant/ aut captiuitate excruciant/ aut patria eliminant. Ita Gothi qui multas gentes subdiderant suo seruitio: Hũnorum subduntur dominio/& nimis eorum potentiam adaugent/dum omnes qui Gothis seruiebant per Gothos Hunnorum parent principatui. Taliter Hunni in omni pene Scithia principatu & fortitudine cunctis pręminebant. Gothi victi/ partim se Danubio transito ingesserunt finibus Rhomani imperij/ & a Valente petierunt terram ad inhabitandũ sibi dari. Qua re impetrata cum aliquandiu se continuissent ab omni armorũ insolẽtia: tandem Rhomanorũ auaricia coacti/ & dei familiaris inopia/in ipso imperij sui sinu/grauia concitauerunt prelia. Quibus Valens imperator occurrens bello/victus ab eis & igni crematus: iusto dei iudicio reipublicæ nimiam itulit incommoditatem/hostibus vero auxit elationem. Hi ergo Gothi qui Rhomano imperio incubabant: Vuisigothos id est se occidentales Gothos nominabant/& per multos ãnos occidentales Rhomanorum fines vsq; ad ipsas vlteriores Hispanias infestabant/ vbi etiã postmodũ in regnũ coaluerunt. ¶ Porro Gothi qui in patrio solo trans Danubiũ sub Hũnorũ dñio remanere passi sunt: regulos quidẽ suæ gẽtis habuerũt/ & sese Ostrogothos id Orientales Gothos appellauerunt/ qui & ipsi postea per Theodericũ regem suũ a Zenone imperatore Italiæ regnũ dono acceptum per multos ãnos tenuerũt. Ita Gothi quasi duobus capitis sui cornibus Oriẽtem & Occidentẽ ventilãtes acerrime duo ex se regna creauere/ scilicet Vuisigothorum in Hispania: & Ostrogothorum in Italia.

¶ De regno Hũnorum.

DE REGNO Hunnorum quod in omni pene Scithia tenebat principatũ/ipsa gentis barbaries me silere faceret: nisi illud famosum Galliarum & Italiæ excidium me loqui cogeret / quando per Attilam eorum regem iudicium dei se longe lateq; effudit / quem quasi gladium limatum & exacutum de vagina suę indignationis super peccatrices gentes deus distrinxit. ¶ De eorum ergo origine quæ in antiquorum leguntur historijs aperiam paucis. Filimer Geharum rex Gandarici magni filius qui post egressum Scantiæ insulæ iam quinto loco tenens principatum Getharum / cum terras Scithiæ cum sua

gente introijt / repperit in populo suo quasdam magas mulieres quas Getico sermone Alirūnas dicunt/easq; habens suspectas/de medio sui proturbat/ longeq; ab exercitu suo fugatas in solitudine coegit errare. Quas siluestres homines quos nonnulli Faunos Ficarios vocant/ per desertum vagantes dum vidissent & earum complexibus se in coitum miscuissent: genus hoc ferocissimū ædiderunt. Quod fuit primū inter Meotidas paludes minutum/ tetrum atq; exile/quasi hominū genus : nec alia voce notum nisi quod humani sermonis imaginem assignabat/& quos bello forsitan minime superabant/vultus sui terrore nimiū pauorem ingerentes:terribilitate fugabant eo q; erat eis species pauendę nigredinis & velut quædam (si dici fas est) deformis offa nō facies:habēsq; pūcta magis q̄ lumina. Quorū animi fiduciā toruus prodit aspectus.Qui etiam in pignora sua primo die nata deseuiūt.Nam maribus ferro genas secant/vt anteq̄ lactis nutrimenta percipiant: vulneris cogantur subire tolerantiā.Hinc imberbes senescunt & sine venustate ephebi sunt:quia facies ferro sulcata/tempestiuam pilorum gratiam cicatrice absumit.Exigui quidem forma/sed arguti/motibus expediti/& ad equitandum promptissimi/scapulis latis & ad arcus sagittasq; parati/ceruicibus firmi/& superbia semper erecti.Hi vero sub hominū figura viuūt beluina seuitia. Tali ergo stirpe procreati Hūni: cunctis vicinis gentibus erant horrori & formidini. Horum potentiam auxit victoria de Gothis manentibus trans ripas Meotidis Paludis/qui in Scithia pollebant gloria singularis potentiæ & fortitudinis. Quam victoriam hoc modo adepti sunt. Venatores Hunnorum sequentes vestigia ceruæ Meotidas paludes transeuntis quas imperuias hactenus esse putabant : Sciticam regionem diligenter explorant / explorata omnia Hunnis nunciant / ad transeundum eos animant. Horum ducatu paludibus transitis/ velut quidam turbo subito incubuerunt gentibus Scithicis:easq; omnes subiugauerunt sibi/ipsosq; Gothos cęteris imperitantes aut pręminentes expulerunt sedibus suis. Hoc fœlicitatis successu Hunni inter cæteras Scithiæ gentes elati : per victoriam de Gothis per annos fere octoginta laborauerunt ad concussionem & ruinam mundi. Ab hac ergo eorum victoria vsq; ad mortem Attilæ regnum eorum in hoc opere annotabimus.

¶De cæteris regnis.

EXTRA Has/& aliæ gentes fuerunt quæ Rhomanum imperium dilacerauerunt/id est Gepides/Turcæ/ Alani/ Bulgares / & aliæ plures quæ omnes ab Aquilonis plaga exierunt/vt super hoc fortasse videatur dictum per prophetam: ab Aquilone pandetur malum super vniuersam terram.

RDIAMVR Ergo telam narrationis nostrę ab Anno dñi tricētesimo octogesimo primo. Quo āno post mortē Valentis/ Valētinianus minor & Gratianus filij maioris Valentiniani incipiētes simul regnare: regnauerūt ānis sex. Ab hoc anno Sapor qui diu imperauerat Persis: imperauit annis viginti octo. Ab hoc anno Britāni sub imperio Rhomano fuerunt annis triginta tribus / super quos regnabat Maximus tyrannus. Ab hoc anno: Vuandali cū rege suo Modigisilo/ per Gallias crudeliter debachati sunt/ annis triginta tribus. Super Francos in Sicambria commorantes: regnabat Priamus. Alij scribunt perisse eum in bello/ quo (vt diximus) Franci nimis attriti sunt ab exercitu prioris Valentiniani: & de Sicambria exire compulsi. Fritigernus qui super Vuisigothos aliquandiu regnauerat: ab hoc anno tribus annis regnauit. Ostrogothis in patrio solo sub Hūnorum dominio remorantibus/ prçerat Vuinitharius / eisq; ab hoc anno vsq; ad mortem Attilæ per annos plus minus octoginta/ prçfuerunt reguli gentis suæ. Balamber Hūnis imperabat/ qui & post eum Mundzuch pater Attilæ/ Octar & Rugila fratres eius/ Bleda & Attila frater eius: ab hoc anno vsq; ad mortem Martiani imperatoris regnauerunt annis plus minus octoginta.

¶ Anno ab Adam 5579 secundum Dionysium. Anno vero domini 381 secundum Dionysium. Olympiade 289. Anno quarto post mortem impij Valentis: imperāt Gratianus & Valentinianus/ Sapor/ Priamus/ Britanni/ Modigisilus/ Fritigernus/ Vuinitharius/ Balamber.

Rhomanorum.	Persarum.	Francorum.	Britanorum.	Vuandalorum.	Vuisigothorum.	Ostrogothorum.	Hunorum.	Anni.
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	
1	1	1	1	1	1	1	1	381

THEODOSIVS a Gratiano magister militũ ordinatus: ĩcredibili celeritate & mira fœlicitate deuictis multis barbaris gẽtib⁹/lassã rẽ publicã in oriẽtis partib⁹ reparauit. ¶ Clarebant eo tempore Damasus Rhomæ 13. papatus annũ agens. Didimus Alexandrin⁹/qui a quito ętatis ãno lumĩe captus: quãuis esset elemẽtorũ ignarus tñ ĩ litterarũ sciẽtia/etiã phũs mirabilis. Hieronym⁹ tot⁹ diuię ſcripturę ĩcũbẽs. Gregori⁹ Nisen⁹. Gregori⁹ Nazãzen⁹. Martin⁹ Turonẽsis archieps. Ambrosi⁹ Mediolanẽsis. Rufin⁹ Aquileiẽsis presbyter. Miletius Anthiochen⁹ eps: p hoc clarior qđ Theodosi⁹ in sõnis ꝑuidit se ab eo idui clamide ipeꝛiali/& diademate coronari. In Aegypto Pachomi⁹ abbas.

¶ Damasus papa.

[illegible]	2	[illegible]	2	[illegible]	2	[illegible]	2	382

¶ Gratianus valde religioni fauet/& per oĩa reipublicæ prompt⁹: Theodosiũ cõsortẽ iperij facit ¶ Paula iter nobiles Rhomãorũ matronas pręnobilis: abrenũciat mũdo. ¶ Ciuitatẽ quã Antoni⁹ pi⁹ cũ filio Aurelio cõdidit/& Sõmonobriã ab adiacẽte flumĩe appellauit: Grãnus ĩperator suo dño mãcipatã/mutato noĩe Ambianis ab ambitu fluminũ fecit vocari. ¶ Psalteriũ qđ ſcđm septuagita iterꝑtes in oĩbus ecclesijs cãtabaẗ/Hieronym⁹ correxit. Quo iterũ viciato: psalteriũ nouũ cõposuit. qđ & a septuagita iterꝑtũ ęditiõꝫ nõ multũ discordaret: & cũ Hebraico multũ cõcordaret. Qđ vt oĩb⁹ clarũ fieret: psalteriũ distinxit p astericũ/id est stellã & per obelũ id est virgã iacentẽ / docẽs ea q̃ cõtinẽtur sub asterico vsq; ad duo pũcta: in Hebręo haberi/& a septuagita ꝓtermissa esse. Ea vero q̃ cõtinenẗ sub obelo vsq; ad duo pũcta: in Hebraico nõ haberi/sed a septuagita addita esse iuxta Theodonis dũtaxat trãslationẽ. Hoc psalte-

[illegible]	Persa.	[illegible]	Britã.	[illegible]	Vuisi.	[illegible]	Hunñ.	[illegible]

riũ Damas9 papa rogatu Hieronymi ĩ Gallicanis ecclesijs cã=
tari ĩstituit: & ꝑpter hoc Gallicanũ vocatur. Rhõanis psalteriũ
scd̃m septuaginta retinẽtibus sibi: ꝑpter qđ Rhomanũ vocaẗ
Hęc duo psalteria cũ nõ sufficerent ad ꝑponẽda testionia de
Christo cõtra Iudęos qui nõ recipiũt nisi ea q̃ hñtur in Hebręo.
addidit et tertiũ qđ vocaẗ Hebraicũ: ꝓ eo ꝙ rogatu Sophro=
nij viri sapiẽtis trãstulit illud de hebraica veritate ĩ latinũ/ver
bo ad verbũ. Quod psalteriũ & alia Hieronymi opuscula idẽ
Sophroni9 de Latino in Græcũ trãstulit. Eo tp̃e pręfecturã
Gallicã mistrabat vir illustris Faustinian9/qui genuit filiũ: quẽ
ob amorẽ et memoriã beati Firmini martyris Firminũ vocauit
Ambianẽsis tp̃e posteriori ep̃m. Theophilus Alexãdrię ep̃s
cyclũ de obseruatiõe pasche ꝑ centũ ãnos digestũ/ quẽ latercu=
lũ vocauit/ab hoc ãno ĩchoauit: hoc est a prio cõsulatu Theo=
dosij. Damasus papa ĩstituit rogatu Hieronymi dicere in ec=
clesia in fine psalmorũ Gloria patri & ceťa. Sicut erat & ceťa.
Et instituit etiã in ecc̃lia psalmos nocte dieq; cãtari. Vt aũt
chori in duas ptes diuisi ĩpos psalmos alternatĩ cãtarẽt: iã tp̃e
Cõstãtij ĩperatoris in ecclesia Antiochena ĩstituerãt primi Fla=
uianus & Diodorus viri ꝓbatę vitę & doctrinæ/ quod inde ad
termĩos totius orbis vsq; peruenit.

[illegible]	3	3	3	3	3	3	3	[illegible]

Maximus in Britãnia ꝑ tyrãnidẽ ĩperiũ inuadit.
Maximus iste ex ĩperatorio gñe descẽderat & magni Cõstã=
tini cõsanguineus fuit: vnde et partẽ ĩperij sibi cõpetere calũ=
niabatur. Qui cũ Britãnię factus fuisset rex: cępit subire/ atq;
tyrãnidẽ cõtra Rhomanũ ĩperiũ exercere. Basilius Cęsarien=
sis qui gemina phia et sanctitate claruerat/ cui deus apparẽs
ad precẽ eius eũ docuit: vt ꝓprijs verbis sanctũ sacrificiũ cõ=
secraret. Cui reuelatũ est ꝙ Mercurius miles & martyr Iulianũ
ĩperatorẽ ꝑemerit: qui iuuenẽ qui ob amorẽ virgĩs sibi ꝑ diabo
lũ cõciliatę negauerat Christũ: Christo recõciliauit/ palã alť cãs
cũ diabolo q ĩpetrauit a deo vt sanctus Effrẽ Syrus Gręce loq=
retur q peccata peccatricis scripta & signata orãdo obliterauit.
His & multis alijs clarus dũ medicus Hebręus ĩminere sibi
mortẽ per tactum venę reuera pronũciaret / mortẽ orando in
crastinũ distulit: & ita medicũ cũ suis ad Christũ cõuertẽs fœlici
ter moritur. Damasus papa inuidiose de adulterio accusatus:

Rhomanorum	Persarum	Francorum	Britannorum	Vuandalorum	Vuisigothorum	Ostrogothorum	Hunnorum	Anni domini

purgať a 44 epis. accuſatores vero eius: de eccľia expellũtur. Apolliaris Laodiciȩ eps cõuerſ9 i hȩreſim ſui nõis a Damaſo papa dãnať/qa dicebat ꝙ xps nat9 ſolã carnẽ nõ aiam ſuſcepit/aut ſi ſuſcepit nõ rõnalẽ ſed tantũ viuificalẽ aiam ſuſcepit/ſed potẽtia deitatis ſuſceptȩ carni ꝓ aia fuerit/& ipa caro nõ de maria ſuſcepta ſit: ſ; caro et verbũ vni9 ſubſtãtiȩ fuerit. Poſt Fritigernũ ſcđs apđ Vuiſigothos regnat Athanaric9 ãno vno:q cõfȩderat9 Theodoſio/& ab eo Cõſtãtiopoli iuitat9/mox quartodecio die ex quo venerat ibidẽ obijt.

Athanaric9

–	4	–	4	–	1	–	4	384

Damaſus papa decreuit ne quid cõtra epos prȩſumãt archidiaconi qui dicũtur corepi: id eſt regionũ vel villarũ epi. Maximus Pictos & Scotos Britãniã icurſantes ſupat. Vuiſigothi ſub Theodoſio ipatore ſine rege fuerũt: ãnis 14. Vuinitharius rex Oſtrogothorũ: ꝓ libertate cõtra Hũnos rebellat i Gothia. Ambroſius epiſcopus libros de ſpiritu ſancto ad Gratianũ imperatorẽ ſcribit. Corpus Pauli Cõſtãtinopolitani epi ſub Cõſtãtio i exilio ab hȩreticis ꝓ xpo ſuffocati: Cõſtãtinopoli refert cũ gľia a Theodoſio iperatore.

5	5	5	5	5	1	5	5	385

In Gallia ſctũs Rhoman9 Blauienſis obijt. Theodoſium Archadiũ filiũ/Auguſtũ facit. Iuſtina mať Valẽtiniani Arrhiana: i Ambroſiũ & oẽm ſãctã eccľiam catholicã execrabili odio deſeuit. Frãcis poſt Priamũ Priami fili9 Marcomirus & Sõno filius Antenoris: pricipãtur ãnis 33. Quorũ ducatu Frãci Sicãbria egreſſi: cõſedere ſecus rhenũ i oppidis Germaniȩ. Vuinitharius Hunnos in bello ſuperat.

Marcomirus

6	6	1	6	6	2	6	6	386

Maxim9 i Gallias trãſit/ptẽ Galliȩ ſibi ſubditã: Britonibus tradidit. vnde vſq; ad hũc diẽ mior Britãnia appellať. Maxim9 quoq; apud Treueri ſedẽ iperij ſui ſtatuit & Gratianũ ipatorẽ Lugduni pimit: fratrẽ vero ei9/Valẽtinianũ ſimulato pacis fœdere/p triẽniũ Italia expellit. Scđa ſynodus vniuerſalis 150 patrũ cõgregať Cõſtãtinopoli iubẽte Theodoſio & ãnuẽte Damaſo papa q Macedoniũ negantẽ ſpiritũ ſanctũ deũ eſſe cõdẽnãs/cõſubſtãtialẽ patri & filio ſpm ſanctũ eſſe docuit/dãs ſymboli formã quã tota grecorũ & latinorũ cõfeſſio in eccleſia ad miſſas ſolẽnibus diebus decãtat. Hic decretũ eſt vt Cõſtãtinopoľ tãq̃ nouȩ Rhõȩ eps poſt Rhõanũ põtificẽ hẽat puilegiũ.

Rhomañ. | Persa. | Fran. | Britã. | Vuãd. | Vuisi. | Ostrog. | Huñ. | Anni dñi.

Priscilianus i Hispãia eps condẽs heresim sui nois:
ecclesiã pturbat. Hic psonas sanctę trinitatis cõfunde=
bat / dicẽs eundẽ esse patrẽ quẽ filiũ & spiritũ sanctũ/
carniũ escas pro imũdis habebat/ cõiuges viros a no=
lentibus fœminis/fœminas a nolẽtibus viris: separa=
bat. Opificiũ oĩs carnis nõ deo bono & vero: sed ma=
lis angelis assignabat. aĩas eiusdẽ naturę & substãtiæ
cuius est deus esse dicebat/ & eas ad agonẽ quendam
spontaneũ/non tamen in terris exercendũ per septem
cœlos/& per quosdã pricipatus gradatĩ descẽdere / &
in malignũ principẽ incurrere/a quo mũdũ istũ factũ
esse dicebat. Atq; ab hoc pricipe p diuersa carnis cor=
pora seminari: hoĩes vero fatalibus stellis colligatos/
corpusq; nostrũ secundũ duodecĩ signa cœli cõpositũ
esse dicebat. cõstituẽs Arietẽ in capite/Taurũ in ceruí=
ce/Geminos in humeris/Cancrũ in pectore/Leonẽ in
manibus/Virginẽ in vẽtre/ Librã in vmbilico/ Scor=
piũ in coxis/Sagittariũ ĩ virili/Aquariũ in vesica. Ca=
pricornũq; in tibijs. Pisces in plãtis. Sup his auditus
in cõcilijs episcoporũ Rhomã petit/ibiq; a sanctis Da
maso & Ambrosio repudiatus in Gallijs quoq; in sy=
nodo Burdegalẽse a sancto Martino/alijsq;: hęreticus
iudicatus. vbi se dãnandũ intellexit ĩperatorẽ Maxim
appellat: a quo audit⁹ & ẽpatu puls⁹ Treueris ab Euo=
dio p̃fecto perimit̃/cũ multis suis sequacibus edicente
ĩperatore/vt hui⁹ sectę cõplices ĩ Hispania pimerẽtur.
Paula Rhomę prępones Bethleẽ/ibi cũ filia Eusto=
chio ancillat̃ xp̃o: & sancte viuẽdo multas ad emula=
tionẽ sctitatis inuitat. Itachius & Vrsatius ẽpi accu
satores Prisciliani cõione ecclesię priuãtur ab ẽpis ne=
phas esse dicẽtib⁹: cuiuscũq; modi hoĩem ẽpoꝝ accusa=
tione necari/ maxĩe ĩpatores & aliqb⁹ ẽpis Itachiũ &
Vrsatiũ defendẽtibus. & hac de causa sctũs Martinus
a Maxĩo molestat̃: quia nolebat cõicare Itachiãis. vix
tñ obtinuit/vt Priscilianistę nõ occiderẽtur. Theo=
dosius solus: ãnis 11. ĩperat. Balãber rex Hũnorum
Vuinithariũ ĩ bello pimit post quẽ scd̃s apud Ostrogo=
thas regnauit Hũmũdus: annis duobus.

¶ Rhomanõ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anno do.
Theodosius.						Hunimũdus		
1	7	2	7	7	3	1	7	387

¶ Syricius Rhomanę ecclesię.36.p̃sidet. ¶ Hic cõstituit hęreticũ pœnitentẽ per ĩpositionẽ manus sacerdotalis: ab eccl'ia esse recipiẽdũ. ¶ Hic manicheos Rhomę iuẽtos: exiliauit. ¶ Ambrosiꝰ eps ritũ canẽdi antiphonas in eccl'ia primus apud latinos trãstulit a Gręcis: apud quos hic ritus iã inoleuerat ex ĩstituto Ignatij Anthiocheni epi & ap'orũ discipuli. qui per visionẽ in cœlũ raptus/ vidit & audiuit quomõ angeli p antiphonarũ reciprocationẽ/ hymnos sanctæ trinitati canebant. ¶ Franci Quitinũ & Heracliũ Rhomanorũ duces/ cũ oibus pene suis iuxta Treueri delent. | ¶ Syriciꝰ pp.

¶ In Aegypto: Ioannes Anachorita sanctitate & prophetiæ spiritu claret.

2	8	3	8	8	4	2	8	388

¶ Corpora Geruasij & Prothasij martyrum: Mediolani ab Ambrosio reperta sunt. ¶ Ostrogothis regnat Horismuth: annis duobus. | Horismuth

3	9	4	9	9	5	1	9	389

¶ Valẽtinianꝰ ĩperator maximũ fugiẽs/ Cõstãtinopoli venit: & a Theodosio paterne suscipit. ¶ Pictorũ & Hũnorũ ducibꝰ Gnamo & Melga regnũ Britãnię ĩcursantibus ac deuastãtibus quia rectore & defensore carebat/ ex quo Maximꝰ oẽs bellicosos viros secũ abduxerat: nũciata est Maximo regni sui tãta calamitas. At ille misit Gratianũ municipẽ cũ duabꝰ legionibꝰ vt Britonibꝰ ferret auxiliũ: qui cũ hostibꝰ p̃liati/ fugauerũt eos in Hyberniã. ¶ Augustinꝰ cũ esset Manicheus p Ambrosiũ ad rectã fidẽ cõuertitur/ & relictis scholis baptizatur.

4	10	5	10	10	6	2	10	[illegible]

¶ Maximꝰ tyrãnꝰ ab Ambrosio excõicatꝰ/ quia corigi noluit: a Theodosio Aquileiæ ĩ bello p̃imit/ & valẽtinianꝰ ĩperio restituit. Alia historia dicit Maxim Rhomæ ab amicis Gratiani esset interfectum.

¶ Gratianꝰ municeps: audita nece Maximi/ cępit dyadema regni. Exĩde tantã tyrãnidẽ exercuit in populo vt cateruatim irruentes in eũ/ interficerent illum.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.

Ostrogothi sine rege fuerũt: annis 40.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.
5	11	6	11	11	7	1	11	391

Theodosi⁹ iperator imane facin⁹ qđ cõmisit/ quãdo Thessalonicę septẽ millia ciuiũ fecit occidi ĩ vltionẽ iudicũ in seditiõe occisorũ imitabili publicę pœnitẽtię exẽplo diluit. ab Ambrosio ecciia expuls⁹: & hũili satisfactiõe recõciliatus. Gregorius Nazãzenus eps obijt.

Ambrosi⁹ post Hilariũ Pictauẽsẽ/ hymnos ĩ eccl'ia canẽdos: prim⁹ cõposuit. Claudianus gẽtilis poeta Rhomę claret.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.
6	12	7	12	12	8	2	12	392

Caput Ioãnis baptistę a Theodosio iperatore/ Cõstãtinopolim trãslatũ est: qđ cũ Valẽs iperator olim illuc voluisset trãsferre: vehiculũ ĩ quo sanctũ caput ferebaẗ/ nullo modo moueri potuit.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.
7	13	8	13	13	9	3	13	393

Terribile in cœlo signũ: colũne per oĩa simile apparuit.

In Hispania Prudẽtius Lyricus poeta claruit.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.
8	14	[illegible]	14	14	10	4	14	[illegible]

Hieronymus librũ Illustriũ virorũ hic finit. Gennadius abhinc icepit. Alexãdrię iussu Theodosij/ tẽpla idolorũ a Theophilo epo destruũẗ: & euerso famoso Serapis Fano martyriũ ibi cõsecraẗ. et ĩ eo ossa Ioãnis baptistę recondũtur/ q̃ hoc modo Alexãdriã trãslata fuerũt.

Apostata Iuliano ĩpãte/ & cõtra xp̃m furẽte: pagãi ossa Ioãnis baptistę in vrbe Samaria sepulti/ effracto sepulchro: extrahẽtes dispgebant p agros ea q̃ rursus collecta igni cremabãt/ & sanctos cineres pulueri imixtos/ p aera dispgebãt. Sed quidã monachi ex Hierosolymis imixti furẽtib⁹ pagãis/ quotquot potuerũt ossa collegerũt & ad abbatẽ suũ Philippũ Hierusalẽ detulerũt. Philippus ea Athanasio epo misit Alexãdriæ.

Sãctus patrici⁹ Scotus ĩ Hybernia cũ suis sororib⁹ vẽdiẗ/ vbi cũ eẽt regis portari⁹: ãgeli sępe allogo fruiẗ.

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.
9	15	10	15	15	11	5	15	395

Hieronymo sacras scripturas veteris testamẽti de Hebraica veritate ĩ Latinã linguã vertẽte/ æditio 70. ĩterp̃tũ q̃ tenebaẗ a cũctis/ & Gręcis & latinis cępit in scđis hẽri: quod cũ cõtra ĩueteratũ vsũ eccl'ie fieri/ q̃uis scti & docti viri ægre ferrẽt/ p̃ualuit tñ authoritas Hebraicę veritatis postq̃ patuit q̃tũ ab ea discrepẽt 70. interp̃tes.

Rhoman.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Ann.

¶ Arsenius Rhomę claret / qui vsq; ad quadragesimũ ætatis annũ in aula ĩpatorũ gl'iose militãs: ex senatore fit monachus et per ãnos quinquagintaquiq; in eremo sanctitatis exẽplo / oĩbus mirabilis enituit. | ¶ Chr.

[illegible]	16	11	16	16	12	6	15	396

¶ Hoc tp̃e in castello Iudeæ Emaus natus est puer pfectus: ab vmbilico & sursũ diuisus / ita vt hẽret duo pectora et duo capita: et vnusq̃sq; pprios sẽsus / & vn9 edebat et nõ alter / vn9 dormiebat & alter vigilabat / nõnũq̃ insimul dormiebãt / ĩsimul ludebãt ad alterutrũ / & flebat vterq; / et percutiebãt seinuicẽ. Porro vixerũt ãnis ferme duobus / & vn9 quidẽ mortu9 est: alter vero supuixit dieb9 q̃tuor. ¶ Valẽtinian9 ĩpator nimia austeritate Arbogastis magistri militũ ad vitę tediũ pduct9: laq̃o vitã finiuit. Eugeni9 auxilio Arbogastis tyrãnizat. ¶ Corpa Abacuch & Michee pphetarũ reuelanř. ¶ Didim9 absq; oc'lis / ãno ętatis 85. Alexãdrię obijt.

[illegible]	17	[illegible]	17	[illegible]	13	[illegible]	17	397

¶ Theodosius Eugeniũ & Arbogastẽ ĩ bello pimit: & ip̃e nõ multo post obijt. Post quẽ filij ei9 Archadius & Honori9 iperãt: ãnis 13. ¶ Corpa Nazarij & Celsi martyrũ Mediolani ab Ambrosio reperta & leuata sunt.

Archadi9 et Honori9

1	18	[illegible]	18	[illegible]	14	[illegible]	18	398

¶ Cõstãtinopolis irã dei formidãs / igne sup nubẽ terribiliter fulgẽte: ad pœnitẽtiã cõuersa euasit. ¶ Rufin9 magister militię oriẽtalis rebellãs / a Stilicone magistro militię occidẽtalis: pimiř. ¶ Gildo comes Africę rebellãs cõsueta stipẽdia Rhomãis subtraxit: quẽ nõ multo post Stilico ĩterficiẽs / Africã ad ius pristinũ redegit. ¶ Vuisigothi rupto cũ Rhomãis fœdere: Alaricũ sup se regẽ creãt q regñ. ãnis 15. | Alaric.

2	19	19	19	[illegible]	1	9	17	399

¶ Anastasius Rhomanę eccl'ie 37. p̃sidet. ¶ Sãctus Martin9 scd̃m quosdã obijt hoc ãno. ¶ Florebãt ĩ ecclesia hoc tp̃e scti et docti viri Ioãnes Chrisostom9 Cõstantinopolis ep̃s: sctitate quidẽ et sciẽtia clar9 / sed ĩ facũdia sua seuerior & liberior iusto. Donat9 Ephyri ep̃s / qui ĩ gentẽ draconẽ expuẽs ĩ ore eius ĩterfecit: quẽ octo iuga boũ vix trahere nõ potueřt ad cremãdũ. ¶ In Hispãia Orosi9 historiographus: clarus habeř. ¶ In Aquitania Seuerus qui vitã sancti Martini & multa alia scripsit / qui ĩ senecta a Pelagianis seductus: silentiũ vsq; ad | ¶ Anastasi9 papa.

[illegible]	Persa.	[illegible]	Britã.	[illegible]	Vuisig.	[illegible]	Huñ.	[illegible]

mortẽ tenuit tacẽdo corrigẽs quod loquẽdo peccauit.

¶ In Gallia Seuerinus Agripinẽsis agnoscitur.

¶ Seruatius quoq; decim⁹ Tungrẽsis eps: dñi nostri iesu xp̄i cõsanguineus/ nõ solũ ex eo ꝙ volũtatẽ dei patris faciebat: sed etiã scd̃m carnẽ. qui natus quidẽ in Perside fili⁹ fuit Eminiu cui⁹ pater fuit Eliud frat Elizabeth/ q̃ pepit Ioannẽ baptistã. Mat vero Eliud & Elizabeth Esmeria soror fuit Annæ quæ genuit Mariam matrem domini.

[illegible]	20	[illegible]	20	[illegible]	2	10	20	400

¶ Rhomanorũ prouincias hinc Vuisigothi: inde Hunni grauiter incursant.

¶ Rhomę celebrato gladiatorio ludo Thelematius monachus increpans populũ attẽtius spectaculo inhiantẽ: lapidatur a pp̄lo. vnde offensus Honori⁹ imperator: gladiatoriũ ludũ edicto suo in perpetuũ remouit.

[illegible]	21	16	21	[illegible]	3	[illegible]	21	[illegible]

¶ Imperatores zelũ patris Theodosii secuti: i toto orbe Rhomano templa idolorũ destrui iubent.

¶ Hieronym⁹ & Rufinus presbyter Aquileiẽsis orta inter se simultate/ pro q̃stionibus scripturarũ libros inuectiuarũ satis quidã luculẽto: sed nimis mordaci sermone in alterutrũ scribunt.

[illegible]	22	17	22	[illegible]	4	[illegible]	22	[illegible]

¶ Sanctus martinus ætatis anno octogesimo primo/ ep̄atus vero vicesimosexto obijt hoc anno secundũ prosperũ/ qui scripsit eũ obijsse ãno quĩto Archadij & Honorij: imo scd̃m Seuerũ qui scribit in vita ei⁹/ eũ post mortẽ Priscilliani. 16. annos vixisse.

[illegible]	23	[illegible]	23	[illegible]	5	[illegible]	23	[illegible]

¶ Ambrosius Mediolanensis obijt/ cuius vitã Paulinus Nolanus eps ad Augustinũ episcopum describit.

¶ Hic Paulinus Nolę postmodũ eps cũ esset inumerabiliũ prędiorũ dñs/ admirabili exẽplo venditis oĩbus/ religionẽ expeditus elegit: cui Thesaria ex cõiuge soror facta/ æquatur beatę vitę testimonio & merito. hic se ep̄m pro captiuo filio pauperis viduæ

Rhoma.	Persa.	Fran.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostro.	Hūn.	Anno domini

in seruitutē barbari addixit/sed diuinit⁹ ꝓditus quis esset: multos captiuos libertati restituit.

Hoc tēpore in Italia Sisinnius/Martyrius & Alexander a gentilibus martyrizantur. Quorū corpora cū Mediolanū deferrētur: cęcus per eos illuminatꝰ/ dicens se illuc per visum directū esse ab Ambrosio epo dicēte se in horū martyrū cōsortio deputatū esse

Stilico pacē fratrū iperatorū interturbare volens: Alaricū regē Gothorū fecit ordiari magistrū militū.

7	24	19	24	24	6	14	24	404

Innocētius Rhomanę ecclesię 38 psidet. Hic decreuit pacis osculū ad missas dari: sabbato ieiuniū celebrari. oleo advsus infirmorū ab epo cōsecrato licere vti/ nō solū presbyteris/sed oibus etiā xpianis in suā/suorūq; necessitatē vngendo. — Innocētius papa.

In Britānia Pelagius execrabili doctrina ecclīam Christi maculare nititur / dicens hoiem sine gratia posse saluari suis meritis. vnūquēq; ad iustitiā ꝓpria volūtate regi / infantes sine peccato originali nasci sed tā ilōtes esse q̄ isōs fuit Adā āte p̄uaricationē/nec ideo baptizādos esse vt a pctō soluantꝰ: sed vt p adoptionē in regnū dei admittantꝰ/ qui & si nō baptizētur esse tn̄ eis extra regnū dei æternā & beatā vitā Adā solū suo pctō lęsum esse/eūq; mortuū esse nō ex culpæ merito: sed ex conditione naturæ qui moriturus fuisset/ etiā si nō peccasset. dicebat etiā irritas esse orōnes q̄ fiūt ab ecclīa: siue pro fidelibus/siue ꝓ infidelibus. Hūc & Celestiū & Iulianū cōplices ei⁹: Innocēti⁹ papa dānauit. Hieronym⁹ quoq; & Augustin⁹ & alij/eos vt fidei hostes armis veritatis ipugnabant. Orietales etiā grauit exagitat mota de deo questio. vtrū deus sit corpus & hūanū scema habeat an sit incorporeus/& ab hūano scemate oino alien⁹: simpliciorib⁹ deū corporeū & ab hūano scemate esse astruentibus/ alijs hoc destruentibus.

8	25	20	25	25	7	15	25	405

Rhomę Alexis nobilissimi Rhomanorū vita mirabilis declarata est: qui prima nuptiarū nocte sponsā reliquēs

Rhomañ.	Persa.	Franc.	Britã.	Vuan.	Vuisi.	Ostro.	Hunñ.	Anni dñi.

pro Christo pegrinat9 est p decē & septē ānos: & tādē apud Edissā Syrię vrbē imagine sanctę genitricis Marię eū diuulgāte/inde quoq; fugit. & ad portū Rhomanū nō spōte appulsus a patre suo vt paup accipit. Ibiq; nulli cognitus decē & septē ānos agēs tenore vitæ suæ in charta descripto: obijt. & diuia voce manifestatus: totā Rhomā stupore & gaudio affecit.

Ioannes Chrisostomus Eudoxiā vxorē Archadij iperatoris multosq; sacerdotū infestos habens: : epatu pellitur & exiliatur. Sed populo ꝑ hoc tumultuāte/reuocat. scdo exiliat: sed terręmotu regiā vrbē grauiter cōcutiente/ a ciuibus reuocatur.

9	25	21	26	26	8	16	26	[illegible]

Pachomius abbas centesimū decimū ānū agēs: in virtutib9 cōsumat. Archadius iperator ossa Samuelis ꝓphetę a Iudęa Cōstātinopoli trāstulit: tā hilariter occurrētibus populis: ac si eū viuentē cernerēt. Paula Bethleē obijt: cui9 vitā Hieronym9 scribit. Augustinus in ecclesia philosophatur: cuius librorū tractatuū & epistolarū numerus plusq̄ ad mille triginta extēditur/ multis numero non cōpręhensis.

10	27	22	27	27	9	17	27	[illegible]

Ragadaisus Scitha cū ducētis millibus Gothorū a Scithia veniēs: Italiā iuadit. Ex hoc murmur multum blasphemantiū infremit in Christū/Christianitatis tēpora culpātes: fœlicitatē gentiū attollūt: inter quos pcipue Symachus orator furebat: qui etiā scriptis epistolis suis aiebat de ydolatria/& de repetenda ara victoriæ. Quorū latrantiū ora/iiecto eis veritate osse obstruxerūt: Augustinus libro de ciuitate dei/& Orosius historia sua. Prudētius quoq; poeta/luculento metrici operis libello: blasphemias Symachi refellit.

[illegible]	28	[illegible]	28	28	10	18	28	[illegible]

Augustin9 apud Yponē Africæ/& Hieronym9 apud Bethleem Iudę per epistolas iter se vsq; ad simultatē discepant de quibusdā scripturæ capitulis: maxime de eo quod dicit Paulus se Petro i faciē restitisse: quia reprępensibilis erat. de quo Hieronym9 scripserat: quia Pau

[illegible]	Persa.	Frañ.	Britã.	[illegible]	Vuisi.	[illegible]	Hunñ.	Anni dñi.

lus Petrũ nõ reuera sed simulate reprę̃hẽderit. Augustinus cõtradicebat: ꝙ eũ reuera/ nõ simulate rephẽderit. ¶ Multis vrbib⁹ vastatis/ Radagaisus a Rhomanis conclusus: interijt cũ omnibus suis. ¶ Sdigerdis imperat Persis: annis 34.

Sdigerdis

12	1	24	29	29	11	19	29	409

¶ Ioãnes Chrysostomus vrgentibus inimicis episcopatu abdicatus/ ab Archadio exilio relegatur: ibiq; nõ multo post moritur.

¶ Innocentius papa/ & occidẽtales epi: pro Ioãnis prę iudicio ab orientaliũ se cõmunione suspendunt.

¶ Iram dei pro morte Ioãnis/ nimia grandinis tempestas Constantinopoli incũbens: & mors Eudoxię Augustæ subsecuta/ intentat.

bilē exhibebat: quia cū virtute animi/ etiā mira liberalitate affluebat. Porro aduersus Saxones/ Scotos & Pictos vario cōflictu decertās: tādē cōclusit eos quodam in saltu/ sed illi arboribus pro munimēto contra Britonū tela/ vtebātur. Quod vidēs Arturus iussit arbores per multa loca incidi & in circuitu nemoris poni/ vt liberos exitus nō habētes/ fame ibi deficerent. Vnde cogēte necessitate ad hoc cōpulsi sunt/ vt licētiā peterēt redeūdi in patriā sua oia relicturi/ & tributa cū obsidibus reddituri. Sed in reditu positi pactionē ruperūt: & retroactis velis īsulā depopulari cœperūt. Arturus vero cōgregato exercitu ꝓcessit cōtra hostes in pręliū accinctus gladio nomīe caliburno & aureā galeā simulachro drachonis īsculptā capiti supponēs clipeūq; ī quo imago sanctę dei genitricis erat īpicta humeris īponēs/ lanceā quoq; quę ron vocabat̄ assumēs. Cūq; pugna valida vtriq; fieret/ Arturus īpetu facto in hostes occidit ex eis solo caliburno gladio 470 viros: cæteros autē in fugā cōuertit principibus eorum prostratis.

14	29	13	25	[illegible]	2	[illegible]	10	[illegible]

Eoricus Burgūdiones victos sibi subegit/ Auernis etiā Arelatū & Massiliā Galliarū vrbes iuasit/ ad occupādas ꝓuincias Rhomanorū animatus cōsilio Gēserici: qui versute agebat vt orientē Ostrogothi/ occidentē Vuisigothi vastarent/ vt occupatis alias īperatorib⁹ īpe in Africa regnaret securus. Remigius fit Remoꝝ eps. Sarracenis Aegyptū īcursātib⁹ hoc tpe: negociatores Venetię corpus sancti Marci euāgelistę ab Alexandria transtulerunt ad Venetiam.

15	30	[illegible]	26	[illegible]	3	[illegible]	11	[illegible]

His diebus sctūs Perpetu⁹ Turoneñ. eps cernēs ad sepulchrū sancti Martini fieri miracula multa fecit magnā Basilicā fabricari iuxta cellulā/ in qua corpus ipsius quiescebat/ eāq; in eius noie dedicās trāstulit in illā sanctū corp⁹ ipsius/ ꝑmonēte piter & adiuuāte quodā venerāda canitie formoso: qui nec prius visus fuerat/ nec postea comparuit.

Rhomanũ.	Persa=	Franc.	Britã	Vuãd.	Vuisi.	Ostrog.	Hũno	Anni dñi.

¶ Orestes Patricius nepotem regno expulit.

¶ Theudemer rex Ostrogothorũ moritur: & Theodericus filius eius regno substituitur.

¶ Rex Arturus Scotos & Pictos obsidet & fame affligit/ sed epis cũ clero & reliquijs sanctorũ misericordiã poscentibus: veniã donat. Deinde ciuitates sibi subditas visitans: ecclesias a paganis destructas renouat/ presules statuit ac religiosos cœtus virorũ ac mulierũ exornat/ proceres quoq; suos honoribus restituit.

Theodericus

16	31	15	27	44	4	1	12	473

¶ Orestes Augustulũ filiũ suũ regnare cõstituit: & fœdus cũ Genserico rege facit. Interim Odeacer cũ multa multarũ gentiũ multitudine ab extremis Pãnoniæ finib9 Italiã petit. qui per Noreiã iter faciens: beati Seuerini cuius nomẽ tũc ibi celebrabatur benedictionẽ petijt/ et ab eo ventura sibi didicit.

¶ Odeacer Oreste victo apud Papiã obsesso/ capto & occiso: Italiã subdit iuri proprio.

¶ Leone imperatore mortuo: Zenon ĩperat ãnis 19.

¶ Artur9 parata classe Hiberniã petit/ illato bello regem captũ deditioni cogit: & subiugata Hibernia/ Islandiã insulã debellatis habitatoribus suo dño subicit. Quo audito rex Godlandiæ & rex Orcadũ vltro venerũt: & Arturo spontaneã deditionẽ fecerunt.

Zenon

1	32	16	28	45	5	2	13	[illegible]

¶ Augustulus ĩperiũ deponit/ quod Odeacer arripiens 14 ãnis nullo inquietãte obtinuit.

¶ Zenõ ĩperator Theodericũ regẽ Ostrogothorũ cõsulẽ ordinariũ facit/ quę post ĩperialẽ dignitatẽ prima est dignitas: & equestrẽ statuã aureã ante regiã illi collocat.

[illegible]	33	[illegible]	29	[illegible]	6	[illegible]	14	[illegible]

¶ Franci post Vuandalos & Alanos post Gothos & Hũnos incessunt Gallias/ nõ tantũ vt eas habeãt direptioni: sed vt sibi sint perpetuę habitationi. qui capta Colonia Agripina/ fugato de bello duce Egidio: multos Rhomanorũ occidunt.

¶ Rhoman.	Persa.	Fran.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hunn̄.	Anno
3	34	18	30	47	7	4	15	476

¶ Franci Treuerim ciuitatē sup Mosellā capiūt. ¶ Hęresis Acephalorū exorta est: īpugnantiū tria capła synodi Calcedonēsis/ sine noīe authoris ob qđ Acephali/ id est sine capite vocati sunt.

4	35	19	31	48	8	5	16	477

¶ Gensericus rex Vuandalorū successiōe regnādi inter filios suos ordinata vt fratri morienti frater supstes sine controuersia filiorū succederet: moriť. Cui succedēs Honoricus filius eius: regnauit annis octo.

5	36	20	32	1	9	6	17	478

¶ Eugenius Carthaginēsis eps̄ & oīs clerus ei9: cōtra Arrhianā hęresim Vuādalorū fortiter pro Christo agonisāt.

6	37	21	33	2	10	7	18	479

¶ Odoacer rex Italię Pheletū regē Rugorū bello oppressum: extinguit. ¶ Huic Pheleto & vxori eius Gisę sanctus Seuerinus hęc vētura prędixerat: quia eos a malis cōpescere nō poterat. ¶ In Africa rex Vuādalorū Honoricus multos orthodoxos diuersi ordinis/ diuersæ ætatis vsq; ad quatuor milia nōgētos septuagītasex in exiliū trusos diuersis in locis/ diuersis tēporibus/ diuersis pœnis: ad mortē excruciauit.

¶ Exterminatis Rugis Longobardi Rugilā/ id est Rugorū patriā inuadūt: quibus tūc temporis quintus rex Gudeoch principabať. Quia ergo Longobardorū mentionē fecim9/ quorū tēpora ,ppter ignoratā historicę narrationis distinctionē nondū attingimus: iam nūc narrationē eorū ordiamur/ & paulatī ad plenā & distinctā eorū historiā ascēdere nitamur. ¶ Horū vt dixim9 post Ibor & Agion primus fuit rex Agelmūdus scđus Lamissio sic dictus: ꝙ a lama/ id est voragine fuit extract9. Nā mater eius septē vno partu enixa/ cum eos in piscinā ,piecisset/ & rex Agelmūdus iter faciens eos hasta reuolueret: is hastā eius firmiter tenuit/ & ab eo nutritus eo virtutis ,pcessit vt in regno ei succederet/ & necē eius in Bulgares vltus sit. Lethu tertius Hildeoch quartus. Gudeoch quītus fuit. Ex quo ergo ī Rugilā ,pfecti sūt vsq; ad ānos 40: talis fuit rerū gestarū eorū cōsequētia. Sub Gudeoch & filio

Rhomanorum.	Persarum.	Francorum.	Longobardorum.	Britanorum.	Vuandalorum	Vuisigotho.	Ostrogotho.	Hunorum.	Anni dñi

eius Classone sexto rege: i Rugilã habitauere. Sub Tattone septimo rege: in cãpis Affeld habitauere. Vbi tertio ãno Rhodulpho Herulorũ rege a Tattone pempto/ & regno Herulo# destructo: Longobardorũ potẽtia creuit. Tattonẽ Vuaceho pimit: & ĩpe octauus regnauit/ filiũq; suũ Vualtharith successorem regni reliquit.

[illegible]

[illegible]	38	[illegible]	1	34	[illegible]	11	8	19	480

¶ Audouachri9 dux Saxonũ: nauali hostico Andegauis populatur.

¶ Charthaginę liberatus abbas cũ fratribus sex a rege Honorico: carcere/ catenis/ igni & vectibus martyrizantur.

¶ Persis imperat Euades: annis 41.

Euades

10	1	[illegible]	2	35	[illegible]	12	9	20	481

¶ Egidius dux ĩ Galliis morit̃: Siagrius filius eius substituit̃.

¶ Audouachrius Andegauis & alias vrbes sibi subigens obsides accipit. ¶ Hildericus rex & Audouachrius confœderati: Alemãnos sibi subiugant.

¶ Hildericus rex Andegauis incẽdit/ & Paulũ comitẽ vrbis perimit. ¶ Famis tẽpore ĩ Burgũdia senator Felicius quatuor milia pauperes sustentãs: cœlestis promissionis vocem audiuit.

[illegible]	2	[illegible]	3	35	[illegible]	13	[illegible]	21	482

¶ Felix Rhomanę ecclesię 46: pręsidet. Hic Achatiũ epm̃ Constantinopolitanũ dãnauit/ assentientẽ petro Alexandrino dãnato. ¶ Felix. p[illegible]

¶ Artur9 rex Norguegiã & Daciã suę ditiõi subegit: deinde trãsiit ad Galliã. Porro historia illius dicit hoc factũ fuisse sub Leone ĩperatore/ et quẽdam Follonẽ tribunũ Galliarũ cum Arturo singulare certamen habuisse/ hoc pacto. vt cui victoria pueniret: ipse alterius regnum obtineret/ victoq; illo Follone ceterisq; ducibus Galliarũ subactis/ Parisius curiam Arturũ tenuisse/ statumq; regni pace & lege confirmasse/ virisq; nobilibus prouinciarum dignitates legasse/ & ita post nouem annos in Britanniã rediisse.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hunñ	Ān.d.
10	3	[illegible]	4	37	6	14	11	22	[illegible]

¶ In Africa Honori9 rex Vuandalorū in ecclesiā dei grauius solito efferatus: omnes Africę ep̄os quasi ad synodū cōuocat/ & fugatis & exiliatis 444 ep̄is catholicis ecclesias clausit/ aut Arrhianis dedit/ plebēq; varijs supplicijs affligit. Lethū vero ep̄m: incendio cōcremauit. Eugeniū quoq; Carthaginis ep̄m cū clericis suis plusq̄ quīgētis: cruciatos multis modis exiliauit.

11	4	[illegible]	5	38	7	15	12	23	484

¶ Hilderico rege mortuo: Clodoueus filius eius regnat ānis triginta. Hic duxit vxorē Clotildē filiā Chilperici regis Burgundionū quē Gundobaldus rex eius frater peremerat: vxorēq; eius matrē scilicet Clotildis ligato ad collū eius saxo: aquis imerserat.

		Clodoueus							
12	5	1	6	39	8	16	13	24	485

¶ Honorius rex Vuādalorū iudicio dei percussus: scatēs vermibus mirabiliter expirauit. Post quē Gunthamundus annis nouē regnat.

					Gunthamūdus				
13	6	2	7	40	1	17	14	25	486

¶ Clarent in Gallijs: Remigius Remēsis & Patricius frat ei9 Suessonensis ep̄us & Vedastus post Atrebateñ. eps. in Africa Fulgētius ep̄s Rupeñ. in Italia German9 Capuan9: et Epiphanus Ticinensis.

14	7	[illegible]	8	41	2	18	15	26	487

Gelasius. pp. ¶ Gelasius Rhomanę ecclesiæ 47: pręsidet. Hic Manicheos Rhomę inuētos: in exiliū deportari fecit & codices eorū incendit. Hic tractatus & hymnos cōposuit. hic inter cętera: sacramētorū p̄fationes & orōnes cauto & limato sermone fecit.

¶ Zenō imperator regnū Italię donat Theoderico Ostrogothorū regi. Hic Theodericus Trapsilā Gepidarū regē & Busam Bulgarorū regē bello victos extīguit. ¶ Gunthamūdus rex ab exilio reuocat Eugenium episcopum.

15	8	4	9	42	3	19	16	27	488

¶ Theodericus cū iam sedecim ānis Ostrogothorū regnum tenuisset: a Mesia egressus Italiā petijt / & Odoacē

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuan.	Vuisi.	Ostrog.	Hunn	An. dni.

Italię regē bis sibi cōgressū bis ī fugā vertit/& Papię inclusum obsedit triēnio. ❡ Hoc tempore facta est inuētio criptę sancti Michaelis archāgeli in mōte Gargano: vnde & eius memoria singulis ānis celebri festiuitate/in ecclesijs dei recolitur. ❡ Eorico Vuisigothorū rege mortuo: regnat post eū filius eiꝰ Alaricus viginti annis.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuan.	Vuisi.	Ostrog.	Hunn	An. dni.
16	9	[illegible]	10	43	4	1	17	28	489

❡ Barnabas apostolus qui apud Salaminam Cypri a Barieu mago & a iudęis pro Christo igne crematꝰ est: corpus suū qđ a Ioāne Marco cōsobrino suo ī cripta occultatū adhuc latebat/ reuelatione sua inueniri fecit: cū quo etiā euangeliū Matthei/ ipsius Matthei manibus Hebraicę scriptū qđ erat simul recōditū īuenitur. quod euāgeliū ipse Barnabas ex doctrina apostolorū secū semꝑ ferre solebat/& vbicūq; īueniebat infirmos/ponebat illud super illos: & tam fide Barnabę ꝙ merito Matthei omnes sanabantur.

❡ Clodoueus rex Francorū Suessionis Siagrio duci Rhomanorū cōgreditur: Siagrius Tholosā ad Alaricū fugit: a quo Clodoueo roposcenti remissus occiditur. Clodoueus vero ꝗcquid Galliarū sub iure erat Rhomanorū: ad ius Francorū transfert.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuan.	Vuisi.	Ostrog.	Hunn	An. dni.
17	10	6	11	44	5	2	18	29	490

❡ Auitus Viennē. eps̄ claruit: qui Gallias ab Arrhiana hęresi defendit. Hic metrice de conditione mūdi libros cōposuit. ❡ Sollēnis Carnoteñ. eps̄ claret: qui in prędicando Francis Christū nō segniter institit.

❡ Idacius Lemicę Hispaniarū vrbis epus: Chronicā suam a primo Theodosij cōsulatu inchoatam/hucusq; perduxit.

❡ Gennadius eps̄ librū suū de illustribꝰ viris hucusq; perduxit. ❡ In Mineo Hispanię fluuio pisces capti sunt: in quorū squamis videbatur inscripta æra pn̄tis āni.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuan.	Vuisi.	Ostrog.	Hunn	An. dni.
18	11	7	12	45	6	3	19	30	491

❡ Anastasius Rhomanę ecclesię 48: pręsidet. Huic Achatiū dānatū reuocare volēti: multi Rhomanorū nō cōmunicabāt. ❡ [illegible]

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hūno	Ān.

Hoc loco quidā ponūt initiū regni Anglorū: sed in hac re multū dissonāt ecclesię/ cū secundū pręfatū libellū de regibus Britonū adhuc regnaret Arturus totius Britāniæ monarchiā tenēs vsq; ad dñicæ incarnationis annū 542/ quādo vltimū ei bellū fuit cōtra Modredū nepotē suū/ vbi & letaliter vulneratus fuisse dicit.

Britāni nō valētes amplius virtutē ferre Anglorū: vt victi concessere in ius & nomen eorū. Et primus de genere Anglorū: Elli. & scđs: Celim. alter alteri mortuo succedēdo: regnauerūt apud eos per ānos 70.

Sanctus Patricius secundus Hybernię archiepus: anno ætatis suæ 122 in Christo quieuit.

Odoacer a Theoderico in fide susceptus: ab eo perimitur/ & Theodericus Italia potitur/ & deposito priuato habitu induit regali scemate & regnat i Italia ānis 32.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hūno	Ān.
				Illi. Celim			Theodericus		
19	12	8	13	1	7	4	1	31	492

Gūthamūdus rex in Africa ecclesias catholicorū a patruo suo Hunerico vel auo Genserico clausas: aperuit/ & omnes dei sacerdotes petēte Eugenio Carthaginēse epo: ab exilio reuocauit. Achatius eps Cōstātinopolitanus: diuino nutu percutitur.

Zenone īperatore mortuo: Anastasius īperat ānis 25/ vel (vt quidam volunt) 27.

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hūno	Ān.
Anastasius									
1	13	9	14	2	5	5	2	32	493

Symmachus papa.

Symmachus Rhomanę ecclesię 49: pręsidet. Ordinato cōtra eū per cōtentionē Laurentio. Quæ res graue dissidiū ecclesię diu vsq; ad ipsa protraxit homicidia: donec tandē hāc altercationē compressit Theoderici regis quis Arrhiani potētia/ hoc æquitatis iudicio obtinente vt Symmachus papa esset quia prior ordinatus fuerat/ eiq; pars maxima faueret. Pro cuius dissensionis culpa aīam Paschasij dyaconi qui ptinaciꝰ Laurētio fauerat/ alias magnę sāctitatis vir Germanus Capuanus eps īuenit ī thermis in igne purgatorio positam. Hic Symmachus cōstituit ōni die dñico vel natalicio martyrū. Gloria ī excelsis deo

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Britā.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hūno	An. dñi.

ad missas cātari/quē hymnū Theleforus septimus a Petro papa nocte tantū natalis dñi ad missas a se in ipsa nocte institutas cantari instituit: & in eo ad angelorū verba quæ sequūtur/ adiecit.

2	14	10	15	3	9	6	3	33	494

¶ Gunthamūdo Vuandalorū rege defuncto: Trasamūdus frater eius/regnauit post eū annis 26.

Trasamundus

3	15	11	15	4	1	7	4	34	495

¶ Clodoueus rex: Thoringiā sibi subiugat. ¶ Theodericus rex omnes vicinarū gentiū reges & principes/aut amicitia/aut affinitate sibi cōsiliat: & pacifice agens in locis celeberrimis regalia habitacula ædificat. ¶ Florebāt hoc tēpore Launomar⁹ Carnoteñ. fūdator cenobij Curbioneñ/& Maximus Aurelianeñ fundator cenobij Miriaceñ. cui⁹ discipuli fuerūt Carilefus et Auitus abbates.

4	16	12	17	5	2	8	5	35	496

¶ Clodoueus rex regnū Francorū vsq; Sequanā dilatauit. ¶ Aliqui Rhomanorū subornatis falsis testibus incriminātes Symmachū papā: latēter Laurētiū i papatū subintroduxerūt/ ꝓ quo scismate dirimēdo rex Theodericꝰ epm Petrū cōtra canones visitatorē sedis aplīcę istituit.

5	17	13	18	6	3	9	6	36	497

¶ Clodoueus regnū Frācorū vsq; Ligeri amplificat. ¶ Symmachus papa in cōsilio 115 epōrū: se purgat de obiecto crimine/ & dānatis Petro & Laurētio/ipe quidē sedi suę restituit̄ cōtētio autē vsq; ad cędes & homicidia intra & extra ecclesiā diu ꝓtrahit̄.

6	18	14	19	7	4	10	7	37	498

¶ Clodoueus rex Castrū Meledunū capit. ¶ Trasamundus rex Vuādalorū in Africa clausis catholicorū eccl̄ijs: ducētos vigiti epos exiliauit/erga quos Symmachꝰ papa manū suę liberalitatis exercuit beniuole. ¶ Hac ꝑsecutione Fulgētius eps/sc̄titate/sapiētia & sciētia/ stilo & facūdia ꝑclarus: multa ab Arrhianis pro vera fide ꝑpessus/ diutino in Sardiniā exilio maceratur. ¶ Clotildis regina orthodoxa Clodoueū regē a gētilitatis errore auocare conabat̄: sed frustra conari videbat̄.

Rho.	Persa.	Fran.	Lõgo.	Britã.	Vuãd.	Vuisi.	Ostrog.	Hunñ	An.
–	19	15	20	8	5	11	8	38	499

¶ Clodoueus rex Alemãnis bello cõgreditur/ ibiq; laborãte exercitu voto suscipiendi Christianisim se obligare cogitur/ sicq; perẽpto Alemãnorũ rege/ & Alemãnia sub tributo redacta: baptizatus a sancto Remigio Remorũ epõ exemplo & ædicto suo perduxit ad fidem Christi populum Francorum.

8	20	16	21	9	6	12	9	39	500

¶ Collatis a Clodoueo rege multis prędijs ecclesię Remẽsi: Remigius multa eorũ parte data ecclesiæ Laudunẽ. sedẽ epãtus ibi esse cõstituit. Primũq; illic epm̃ Genebaudũ cõstituit/ & eundẽ in fornicatiõe cũ sua quondã vxore prolapsum/ sed septẽnali pœnitẽtia purgatũ & de reclusione diuino iussu eductũ: sedi suę restituit.

9	21	17	22	10	7	13	10	40	501

¶ Clodoueus rex Gũdebaudo regi Burgũdionũ cõgressus eo victo Burgundiã redegit sub tributo

10	22	18	23	11	8	14	11	41	502

¶ Symmachus patricius rempublicã illustrat/ & cũ eo gener eius Boetius vir cõsularis/ cõspicuus in vtraq; ligua/ eruditione omniũ liberaliũ artiũ/ quas pene omnes a Gręco in Latinũ transtulit/ & exposuit.

11	23	19	24	12	[illegible]	15	12	42	503

¶ In Afr'ca Olimpus quidã dum in balneis sanctã trinitatẽ blasphemaret: ignito iaculo cœlitus veniente/ visibiliter cõbustus est.

12	24	20	25	13	10	16	13	43	504

¶ Constantinopoli dũ Deuterus Arrhianus epš Barbã quẽdam baptizaret: et male distinguens trinitatẽ diceret: baptizo te Barba in nomine patris per filiũ in spiritu sancto/ aqua disparuit.

13	25	21	26	14	11	17	14	44	505

¶ Alamindarus rex Francorũ ab Orthodoxis baptizatus/ cũ cũ vellẽt Euticiani seducere: refellit eos hac fabulosa inductione. dicens q̃ litteras acceperit Michaelem archãgelũ mortuũ esse/ illisq; respõdẽtibus hoc ipossibile esse q̃ angeli sint impassibilis naturæ: quomodo ergo inquit secundũ vos nudus crucifixus est Chri-

[illegible]	Persa.	[illegible]	Lõgo.	An.	[illegible]	Vuisi.	Ostrog.	Hunñ.	Añ.

stus/nisi duarũ naturarũ esset/quãdoq̃dẽ nec ãgelus mortu9 est.

[illegible]	26	[illegible]	27	15	[illegible]	18	[illegible]	45	506

Clodoueus & Alaricus reges: cõfœderãtur. Quitianus Rutenẽsis eps̃ & Maxentius Pictaueñ. abbas: clarẽt in Gallia.

[illegible]	27	[illegible]	28	16	[illegible]	19	16	46	[illegible]

Vitalianus instinctu populi insurgit in ĩperatorẽ Anastasiũ ꝑpter Euticianã hęresim deo & hoibus exosam.

[illegible]	28	[illegible]	29	17	[illegible]	20	[illegible]	47	[illegible]

Hormisda Rhomanę ecclesię 50: pręsidet. Hic clerũ cõposuit: & psalmis erudiuit. Hic respectu aplice hũanitatis Gręcos cõuictu hęreticorũ maculatos absoluit per suos nũcios. Alaricus rex Clodoueo regi insidias molitus: fœdus violat. — Hormisda papa

[illegible]	29	[illegible]	30	18	[illegible]	21	[illegible]	48	[illegible]

Clodoueus rex signis diuini auxilij aiatus ad bellãdũ: Turonis quippe transiẽs equũ suũ sancto Martino misit: quẽ centũ solidis redẽptũ/ recipere nõ potuit. Missis alijs centũ solidis/recepit: credẽs illũ bonũ esse ĩ auxilio/ qui tã carus erat in negocio. Insup accepto victorię ꝑsagio a clericis cantãtibus pręcinxisti me virtute ad bellũ/ Alarico Vuisigothorũ regi cõgreditur/ eoq; pempto quicquid Galliarũ Vuisigothi possidebant: ad partes Frãcorũ trãstulit: & inuadẽs Tholosam sedẽ regni Gothorũ vsq; ad Pireneos mõtes: regnũ Francorũ dilatauit. Fert autẽ muros Ecolesinæ vrbis ante faciẽ eius corruisse. Amalricus fili9 Alarici fugiẽs in Hispaniã: regnat ibi ãnis 16.

Sigismundus mortuo patre suo Gũdebaudo: regnat in Burgũdia.

Gibrianus Scotus cũ fratribus & sororib9 in Galliã pegrinatus: vrbẽ Remensem/ vita & morte sua illustrat.

Faustus sancti Bñdicti discipulus/ & ab eo cũ Mauro ĩ Gallias hoc ãno trãsmissus/ scribit in vita illius Mauri sanctũ Benedictũ claruisse tẽporib9 Iustini senioris & Hilderici Vuãdalorũ regis: addens ꝙ eo tẽpore rex Theodericus Symmachũ Patriciũ & Ioãnẽ papã occiderit. Scribit quoq; eũdẽ Bñdictũ hoc eodẽ ãno quo Maurus ad Gallias tẽdebat/ obijsse 12 Calẽdas aprilis: hora diei q̃si tertia: ꝙ eo ãno in sabbato paschę proueniẽs/ primũ pascha fuisse demõstrat/ se quoq; dicit ĩ Gal

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo	Anglo.	Vuād.	Vuisi.	Ostrog.	Hūno	An. dni.
	lias venisse tēpore regis Theodeberti nepotis Clodouei regis								
	Quia ergo ille scripsit q̄ viderat/quomodo hoc cōsequētię hi=								
	storiarū cōueniat/quivalet aduertat/qui aduerterit exponat.								
						Clodoueus			
18	30	[illegible]	31	19	16	1	[illegible]	49	510
	Clodoueus rex ab Anastasio īpatore codicellos de cōsulatu & coro								
	nā aureā cū gēmis/& tunicā blacteā accepit: & ex ea die cōsul								
	& Augustus est appellat⁹. Ipse vero rex misit Rhomę sancto								
	Petro coronā aureā cū gēmis: quę regnū appellari solet								
[illegible]	31	[illegible]	32	20	[illegible]	2	[illegible]	50	511
	Theodericus rex Italię Ibba comite suo cōtra Frācos misso: 30 mi=								
	lia occidit eorū/in vindictā necis Alarici generi sui.								
20	32	28	33	21	18	3	21	51	512
	Prima synodus a Francis iussu Clodouei regis Aurelianis habita								
	est: in qua decernūtur multa ecclesiæ vtilia.								
	Genouefa virgo Parisieñ. octogenaria transit ad dñm.								
[illegible]	33	29	34	22	19	4	22	52	[illegible]
	Sanctus Arnulphus sancti Remigij ī baptismo fili⁹ in Gallia claret								
	qui post multos in p̄dicādo Christū agones/martyrizat̄ ī silua Pa=								
	risiorū Aquilina & a Scariberga cōiuge quondā sua tumulatus est.								
[illegible]	34	[illegible]	35	23	[illegible]	5	[illegible]	53	[illegible]
	Clodoueus rex regno Francorū per oēs Gallias dilatato/& legiti=								
	me & pacifice cōfirmato: morit̄ & sepelit̄ Parisius in basilica								
	sancti Petri apostoli quā ipe & regina Clotildis ędificauerāt.								
	Lotharius vero filius eius cōpartito regno cū fratrib⁹ suis								
	Theoderico/Clodomire & Hildeberto: regnauit ānis 50. So								
	rorē eius Clotildē: Amalricus rex Vuisigothorū duxit vxorē.								
		Lotharius							
[illegible]	35	1	36	24	21	6	24	54	515
	Rex Burgūdiæ Sigismūdus qui monasteriū Agaunēsiū cōstruxe=								
	rat filiū suū Sigericū pimit: malo nouercę illius vsus cōsilio.								
	Qui cōpetēti pœnitētię se adiacēs/ & martyrib⁹ Agaunēsib⁹								
	se totū deuouēs: ꝙ dignus fuerit venia / testatur crebra post								
	mortē eius/p eū multis cōcessa sanitatū gr̄a: & per eū febrici=								
	tātibus īdulta curatio. Hoc tp̄e ī Alexādria multi vtriusq;								
	sexus arrepti a dęmone: repēte quasi canes latrabant.								
24	36	2	37	25	22	7	25	55	[illegible]
	Theodericus rex frater Lotharij Clochilaicū regē Danorū Gal=								
	lias vastantē: perimit.								

Rho.	Persa.	Fran.	Lōgo.	Anglo.	[illegible]	Vuisi.	Ostro.	Hūno.	[illegible]
[illegible]	37	[illegible]	38	26	[illegible]	8	[illegible]	56	[illegible]

Anastasius iperator fulmie a deo pcussus: interijt. Post quē Iustin⁹ senior ānis 10 regnauit. Boetius ānitēte sibi Symmacho cū auctoritatē Rhomani senatus cōtra Thedericū regē Italię tueri nititur / ab ipo exiliatur: ibiq; librum de cōsolatione philosophiæ edidit.

Iustinus

[illegible]	38	[illegible]	39	27	[illegible]	9	[illegible]	57	[illegible]

Theodericus rex frater Lotharij / ab Ermēfrido rege Thuringorū ad pimendū fratrē illius Baldericū pactione medietatis regni illi⁹ iuitatus: Baldericū regē pimit.

Virgo dei Brigida obijt in Scotia.

2	39	5	40	28	25	10	28	58	[illegible]

Ioānes papa Rhomanę ecclesię 51: pręsidet. [illegible]

Vuatheone Longobardorum rege defuncto: filius eius Vualtarith regnauit annis septem.

[illegible]

3	40	6	1	29	26	11	29	59	520

Clodomeris frater Lotharij regis & fratres eius / instinctu Clotildis matris suę insurgunt in Sigismundū & Godemarū filios Gundebaudi regis ad vīdicandā necē auię suę & aui sui Chilperici regis: in cōgressu Sigismundus capitur Godemarus fuga elabitur.

Trasamūdus rex Vuandalorū Hildericū filiū suū ex Eudoxia filia Valentini iperatoris a Gēserico captiuata: astringit sacramēto ne catholicis in regno suo cōsuleret / qui pre mortuo āteq̄ regnū susciperet: oēs catholicos ab exilijs iussit reuocari / & epis ecclias reformari. Sicq; suscepto regno regnauit ānis octo: euolutis 74 ānis. Ex quo Gēsericus auus eius statū ecclesię in Africa ꝓphanauit. Bello orto iter Rhomanos & Persas Chuades rex Persarū Zeliobē regē Hūnorū venientē cū 20 milib⁹ auxiliari sibi: cōtra Rhōanos imisso exercitu occidit & totū pene eius exercitū deleuit / suspectū eū habēs ꝙ vtriq; munera acceperit: & a se cōtra Rhomanos & a Rhomanis cōtra se.

Ab hinc regnū Hunnorū ānotare cessabo. quia oēs gētis illius reges Kaganos vocatos lego: & nullam distinguendi proprietatem inuenio.

Regnum Hunnorum finitur.

Rhomani.	Persa.	Franc.	Lõgo.	An.	Vuād.	Vuisi.	Ostro.	Mundi
					Hildericus			
4	41	[illegible]	2	30	1	12	30	[illegible]

Chuade Persarũ rege mortuo: Kabades post cũ regnauit annis 16. Clodomiris rex Sigismũdo rege cũ vxore & filijs perempto: iterũ cõgressus fratri eius Godemaro perimitur ab eo. Boetius longo exilio fatigatus: a Theoderico Gothorũ rege Italiæ pimitur.

	Kabades							
5	1	8	3	31	2	13	[illegible]	[illegible]

Vt scribit Faustus: hac ætate scilicet tẽpore Iustini senioris & Hilderici Vuãdalorũ regis / reuera floruit sanctus Benedictus. Sed nec de vita / nec de morte eius procedit ratio secundũ Dionysij cyclũ.

Zatus rex Lazorũ Cõstantinopoli baptizatur: & a Iustino imperatore susceptus muneratur.

Symmachus ex cõsule a Theoderico rege Italię pimitur.

[illegible]	2	[illegible]	4	32	3	14	32	523

[illegible]

Felix Rhomanę ecclesię 52: pręsidet. Hic Gregorij papę atau9 fuit. Iustinus Arrhianos vbiq; extermi nari ædicit: ad quod ædictũ deducendũ Ioãnes papa a rege Italię Theoderico Arrhiano & Arrhianorum defensore Constãtinopolim missus: ante portã vrbis cæcũ illumiauit / & cõpos petitionis ad Theodericũ reuersus / Rauẽnæ ab eo in carcere excruciatus fame defecit. cui successit prędictus Felix. Post dies autem nonaginta: Theodericus subito defũctus / a quodam sancto eremita visus est nudus & discalciatus a Ioãne papa & Symmacho Patricio in olla Vulcani esse detrusus.

Athalaricus Theoderici ex filia nepos in regno Italiæ / & Ostrogothorũ succedẽs: regnat ãnis 8.

							Athalaricus	
7	3	10	5	33	4	15	1	524

Theodericus rex reposcẽs ab Ermẽfrido rege pactũ cum fratre Lothario insurgit in eũ: eoq; post nimiã stragẽ suorũ de bello fugato & nõ multo post mortuo / totã Thuringiã sibi subdunt. Captiuatã inter alios Radegundẽ filiã Bertharij regis olim a fratre Ermẽfrido perẽpti Lotharius rex suo sociauit matrimonio.

Rhoman.	Persa.	Fran.	Longo.	Anglo.	Vuanda.	Vuisi.	Ostro	An.do
8	4	11	6	34	5	16	2	525

Almaricus rex Vuisigothorũ cũ vxorẽ suã Clotildẽ tracta‑ ret indigne: eo ꝙ Arrhianę sectę secũ inseruire nolet pimitur in Hispania a fratre Clotildis Childeberto. Theuda regnat post eum: annis 17.

Theuda

9	5	12	7	35	6	1	3	526

Lotharius rex cũ fratre Childeberto Augustidunũ Burgũ‑ diæ vrbẽ obsidens: cunctã fugato Godemaro Burgũ diam occupat. Acephalorũ hęresis abdicatur/ qui dicũt Paulũ apostolũ in epistolis pręcepisse fœmias diaconas debere fieri: quia eas cõmemorat post dia‑ conos. et dicũtur Acephali sine capite: quia author huius erroris nescitur. Kabades rex Persarũ dolens filiũ suũ Pharsuasan in Manicheorũ sectã inductũ/ oibus Manicheis quasi a se numerãdis/ tractis i vnũ: imisso exercitu occidit multa milia eorum. Inter Thurismodũ regẽ Gepidarũ & Audohin re‑ gem Longobardorũ cõserto prelio Albuinus filius Audohin Thurisindũ filiũ Thurismodi extinguit/ & victoria Longobardis cędit. Thurismodus ꝑponens fidẽ irę & dolori: eidẽ Albuino postea ad se sub fide veniẽti dedit arma filij sui Thurisindi ab eo perẽpti. Vualtarith Lõgobardorũ rege mortuo: Audohin re‑ gnat annis 17.

Audohin

10	6	13	1	36	7	2	4	527

Bonifacius papa Rhomane ecclesiæ 53: pręsidet. Iustinus Iustiniano suo ex sorore nepote in regno substituto: morit. Hic Iustinianus iperat ãnis 38. Hic Persas ab irruptionibus i partes Rhomanoꝝ per Bilisariũ repressit. Audohin Longobardos in Pannoniã duxit: in qua habitauerũt ãnis 42.

Bonifacius papa

Iustinianus

1	7	14	2	37	8	3	5	528

Cassiodorus senator post monachus: Arator poeta. Priscia nus grãmaticus. Victor Capuan⁹ eps qui cyclos pa‑ schales scribens Victorij errores redarguit.

Rhomañ.	Persa.	Fran.	Lõgo.	Anglo.	Vuãda.	Vuisig.	Ostro.	Anni dñi.

Gregorius Lingonẽsis Nicetius Treuerẽsis/Domitianus Tũgrẽsis floret. ¶ Gilemer pimens Hildericũ regẽ ãnis quinq; regnat post eũ sup Vuãdalos: qui tãtę crudelitatis fuit/vt nec parẽtibus parceret.

Gilemer

2	8	15	3	38	1	4	6	529

¶ Corpus Antonij monachi diuina reuelatione inuentũ: & Alexandriã est delatũ. ¶ Sanctus Benedictus cũ de loco cui sublacus vocabulũ erat/ad mõtẽ Cassinũ trãsmigraret: ad omne biuiũ duo ei angeli occurrebant/viã qua ire deberet p̃monstrãtes. Huius ammirabilẽ vitã virtutibus plenã sanctus papa Gregorius scribit in libro dyalogorũ tertio: vbi etiã testatur eũ nõ aliter vixisse q̃ docuit.

3	9	16	4	39	2	5	7	530

Ioãnes papa.

¶ Ioãnes Rhomanę ecclesię 54. pręsidet.

¶ Frãci extorquẽt de manu Athalarici: quicquid Galliarũ auus eius Theodericus rex Italiæ tenuerat.

¶ In Africa quidã orthodoxi ep̃i linguis sibi excisis radicitus a Vuãdalis/postmodũ clare loquẽdo multis miraculo fuere/quod miraculũ vnus eorũ auxit qui ĩ elationẽ versus: statĩ priuat⁹ diuĩo dono obmutuit.

4	10	17	5	40	3	6	8	531

¶ Athalarico rege Italię & Ostrogothorũ mortuo: Amalsiũda mater eius Theodatũ Theoderici patris sui ex sorore nepotẽ/asciscit secũ in regnum.

¶ Clodoaldus filius Clodomiris regis fratribus suis ipse a patruo suo Lothario olim extinctis/mundanã nobilitatẽ transferẽs ad nobilitatẽ diuinę seruitutis/in clericali gradu preeminet exẽplo sanctitatis.

¶ Sanctus Vedastus primus Atrebatẽsis eps̃ ordinatur a sancto Remigio.

Theodat⁹

5	11	18	6	41	4	7	1	532

¶ Hoc ãno expletus est a Christi natiuitate magnus ãnus annorũ quingentorũ triginta duorũ. Ab hoc etiã ãno Dionysius abbas orditur cyclũ suũ cyclorũ quinq; decẽnouenaliũ. Et quia secundus ãnus operis huius cõcordare debet in ratione cõpoti primo ãno natiuita

Rhoman.	Persa.	Fran.	Lõgo.	Anglo.	Vuãd.	Vuisi.	Ostro.	Anni dñi.

tis Christi/debet tricesimusquintus cyclus Dionysij cõcordare in ratiõe cõpoti tricesimotertio ãno natiuitatis Christi scilicet vt 14 luna aprilis occurrat 9 Calẽdis aprilis in quinta feria|passio Christi octauo Calẽdis aprilis in sexta feria/resurrectio sexto Calẽdis aprilis in dñica die:sed quia non ita occurrit/ sed luna 14 aprilis occurrit eo ãno 12 Calẽdis aprilis in prima feria .Dñica vero dies paschę in quĩto Calẽdis aprilis:ideo improbatur/quia repugnat euãgelicę veritati.

¶ Iustinian⁹ ĩperator libros legũ Rhomanarũ abreuiauit in vno volumĩe quod Iustinianũ vocatur

6	12	19	7	42	5	8	2	533

¶ Agapitus Rhomanę ecclesiæ 55: pręsidet. ¶ Theodatus rex reginã Amalsiundã ĩperatorię tutelę cõmissã exiliat/eaq; nõ multo post in balneo strangulata ĩmissu Theodati solus sup Ostrogothos ãno vno regnat. Qui sciẽs pro hoc se irã ĩperatoris ĩcurrisse/Agapitũ papã Cõstãtinopolim misit pro impetranda huius facti impunitate. Agapitus inueniens ibi Anthemium Constantinopolitanũ episcopum Euticianæ esse hęresis/excõmunicato eo & exiliato/Menã fecit ibi substitui Agapitus ibi moritur :Rhomãq; refertur. ¶ Agapitus papa.

¶ Iustinianus imperator Constantinopoli ecclesiam sanctæ Sophiæ incomparabili opere ædificat.

¶ Bilisarius Patricius a Iustiniano imperatore ex iussu dei ad Africam liberandam de manu Vuandalorum missus/noctu cum plaustris rusticorum vrbem introeuntibus ingressus Charthaginem cœpit:pecunias infinitas recepit. Gilimerem ex fuga ad deditionem reductum imperatori Constãtinopolim duxit. Sic regnum Vuandalorum destructum est/ Sic tandem illa Vuandalica rabies cum ipso nomine funditus extincta est.

¶ Regnum Vuandalorum finitur.

Rhoman.	Persarũ	Franc.	Longo.	Anglorũ.	Vuisigo.	Ostro.	An. d.
						Theodatus	
7	13	20	8	43	9	1	[illegible]

Siluerius pp. ¶ Siluerius 56 Rhomanę ecclę: a Theodato substituitur. ¶ Bilisarius cõtra Theodatũ mittitur. Theodatus a Gothis extinguitur. Vuitigis in regno substituitur. Bilisarius Neapoli exterminat. Rhomã fugiẽtibus Gothis ĩtrat. Vuitigis Rhomã obsidet. Fames Italiã vrget. Vuitigis capitur: & imperatori dirigitur. ¶ Siluerius quia Anthemiũ reuocare noluit: exiliatus defecit. ¶ Eldepadus ab Ostrogothis rex ordinatus regnat ãno vno. ¶ Theodericus abbas discipłs sancti Remigij & Theodulphus abbas discipulus ipsius Theoderici in Francia clarent.

Eldepadus

Rhoman.	Persarũ	Franc.	Longo.	Anglorũ.	Vuisigo.	Ostro.	An. d.
8	14	21	9	44	10	1	[illegible]

Vigilius pp. ¶ Vigilius papa Rhomanę ecclesię 57: pręsidet. ¶ In Gallijs clarent fratres vterini/ vno & eodẽ die nati/ & pontifices cõsecrati: Medardus ad titulũ Nouiomẽsẽ. Gildardus ad Rothomagẽsẽ. & vno die absoluti a sęculo: & assumpti a Christo. ¶ Germanus quoq; Parisieñ. Porro sanctus Medardus sedẽ epalẽ quę prius erat Liermandus ꝑpter eiusdẽ submersionẽ trãstulit Nouiomũ. Ipse etiã post decessũ scti Eleutherij Tornaceñ. epi regendã suscepit Tornaceñ. ecclesiã/ & post eũ successores eius ãnis multis vsq; ad tempus Eugenij papę tertij & domui Symonis epi qui obijt ãno dñi 1 1 4 8. ¶ In Italia clarẽt epi: Sabinus Canusinus/ Cassius Narniẽsis/ Fulgẽtius Vtricolẽsis. Cerbonius Populonij. ¶ Eldepado mortuo: Erarius regnat anno vno.

Erarius

Rhoman.	Persarũ	Franc.	Longo.	Anglorũ.	Vuisigo.	Ostro.	An. d.
9	15	22	10	45	11	1	530

¶ Erario perẽpto: Totila qui & Balduilla super Ostrogothos regnat ãnis decẽ. Qui mox Italiã inuadit: & a sancto Benedicto Cassinẽsi futura sibi audit. Multa inquit mala facis/ multa mala fecisti: iam aliquando ab iniquitate cõpescere. Et quidẽ mare trãsiturus es/ Rhomã ingressurus: nouẽ ãnis regnabis/ decimo morieris. Hoc ãno quidã dicũt eũdẽ sanctũ Bñdictũ obijsse: & Maurũ discipulum eius in Galliam venisse.

Rhoman.	Persa.	Franc.	Lõgo.	Anglorum.	Vuisigo.	Ostrog.	Añ. do.
						Totila	
10	16	23	11	46	12	1	537

Theodericus rex frater Lotharij obijt: Theodebertus fili9 eius ei succedit. Hoc tẽpore in vna vrbiũ Cilicię quidã Theophilus vicedominus tam prudenter & vtiliter secundas partes ecclesiasticę dispensationis sub ep̃o agebat: vt mortuo ep̃o oĩm ore dignus epi= scopatu esse acclamaret. Qui cõtentus vicedomiatu/ aliũ ordinari maluit ep̃m: a quo a vicedominatu in= iuste admotus ad tantã ĩpatientiã est delapsus vt cõ= ducto sibi Hebręo quodã Mago per eũ opem ad di= gnitatẽ suã recuperandã expeteret a principe dęmo= niorum/ & ab eo iussus abnegare Christũ filium dei/ eiusq́ʒ matrẽ Mariã cũ omni Christianissimi ꝓposito/ & ip̃am abnegationẽ scripto firmare/ & scriptã signa= re/ & signatam sibi tradere/ eius se seruitio addixit. Qui in crastinũ recuperato vicedn̄atus honore non multo post ad se reuersus per dies 40/ omni pœnitẽdi modo se affligens: prio piã dei matrẽ Mariã sibi recõ siliauit/ eaq́ʒ sibi apparẽte abrenũciãs diabolo/ Chri= stumq́ʒ verũ dei filiũ/ verũq́ʒ deũ & hoĩem/ ex Maria virgine natũ & omne Christianissimi ꝓpositum cõfi= tens per eã etiã Christi filij eius gratiã recepit: & ad ĩditiũ indultę sibi venię rursum ei dormiẽti apparẽs Christi mater/ etiã scriptũ abrenũciationis quod si= gnatũ diabolo dederat/ reposuit sup pectus eius. Quo Theophilus recepto: in crastinũ dñica scilicet die/ co= rã ep̃o & oĩm eccl̃ia pandẽs ordinẽ rei/ oẽs ad stuporẽ & laudẽ dei & genitricis suę Marię cõmouit/ & ĩ eo= dẽ loco quo sibi pia Christi mater apparuit perstãs: ibidẽ post triduum mortuus & sepultus est.

Apud Persas regnat Cosdroe: annis 37.

	Cosdroe						
11	1	24	12	47	13	2	538

Cosdroe fines Rhomanorũ incursat. In campania Italię Benedictũ iuniorẽ sanctitate clarum rex Totila pro Christo ꝑsequens/ cum eum cũ cella sua cõburere vo luisset nec valuisset: in clibanũ ardentẽ eum ꝓiecit. Qui inde die altero illesus etiã vestibus illesis exiuit.

Rhomanorū.	Persarū	Fran.	Longobar.	Anglo.	Vuisig.	Ostro.	Mundi
[illegible]	2	25	13	48	14	[illegible]	[illegible]

Iustinianus ĩperator duos Bulgarorū reges Traciā depopulātes occidit cū multis milibus Bulgarorū.

[illegible]	3	26	14	49	15	[illegible]	[illegible]

Cosdroe Antiochiā capit. Childebertus rex cū fratruele Theodeberto in fratrē Lothariū ĩsurgit: sed matre eorū satis agēte Clotilde apud deū / ne īter fratres fieret ciuile beliū / horrēda tēpestate coerciti cū sup Lothariū ne signū quidē appuerit horroris huiusmodi: reddūt se fraternę paci.

14	4	27	15	50	16	[illegible]	[illegible]

Cosdroe iā quarto Rhomanos infestantē / Bilisarius cōpellit redire inefficacē. In diuersis Galliarū locis / diuersa signa visa sunt. Cometes apparuit die sācto paschę. Cœlū ardere visum est: verus sanguis ex nube defluxit in vestimētis hoim. Domus cuiusdā abintus sanguine resperia apparuit / & secutę varię clades & malę valitudiues cū pustulis & vesicis: populos afflixerūt.

[illegible]	5	28	16	51	17	[illegible]	[illegible]

Cōstātinopoli mortalitate magna insurgēte / statuta est solēnitas purificationis beatę marię: quę gręce ypapāti id ē obuiatio dicit / eo ꝙ die illo Symeon obuiauerit oblato in templū dño: et ita mortalitas illa cessauit. Bilisarius ad Africā remissus: Guntharith sup reliquias Vuandalorū regnantē cū suis extinguit. Lotharius & Childebertus fratres / obsessa in Hispanijs Cęsaraugusta / ciuibus deū adorātibus / & circūlata Vincētij martyris tunica / accepta ab eis pro munere ipius martyris stola / redeunt: acquisita Hispanię parte maxima. Maurus ĩ Gallia claret: sancti Benedicti discipulus.

Vsqꝫ ad hoc tēpus historia Britonū [illegible]cit narrationē suā de rege Arturo. Refert eni eū post celeberrimā illā curiam in vrbe legionū habitā / in qua omnes reges insularū occidentaliū / et duces Galliarū fuerunt: maximum duxisse exercitū in fines Burgūdiæ aduersus Luciū principē Hispaniarū / sub Leone imperatore reipublicę procuratorē: & in eundo quēdam imensum

[illegible]	Persarū	[illegible]	Lōgobar.	Anglo.	Vuiſig.	[illegible]	[illegible]

gygantē ſingulari pugna deuiciſſe. Deinde vtrarūq; partiū legiones in pago lingoneñ. ad preliandū cōueniſſe. Poſtea narrat ꝙ Arturus iuga alpiū tranſcendere & Rhomā inuadere voluerit. Sed interim audiens Modredū nepotē ſuum dyadema Britanniæ per tyrānidem corripuiſſe Britanniā remeauerit/atq; ī vltimo prelio quod cum illo habuit poſt neces fere omniū ducū ipſe letaliter vulneratus fuerit & in inſulam quandam ad ſanandū deportatus relicto regni ſucceſſore cognato ſuo Conſtantino. Ipſe vero Arturus iuxta Merlini vaticiniū: dubiū habet exitū/quia vtrū viuat an mortuus fuerit nemini certum eſſe eſtimatur. Porro hæc omnia vt ſupradiximus nullam fidei authorem videntur habere ſi cum cæteris hiſtorijs conferātur. Theuda Vuiſigothorū rege a ſuis perempto: Theudegiſillus regnat poſt eum annis duobus.

Theudegiſillus

15	6	29	17	52	1	7	543

Vigilius papa quia ſecundū ſuam promiſſionem noluit Anthemium reuocare: Conſtantinopolim mittitur ignominioſe.

Totila rex Oſtrogothorum capta Rhoma habitauit aliquādiu cum Rhomanis quaſi pater cum filijs: manſuefactus vt creditur ſancti Benedicti monitis.

Audohin mortuo/Albuinus filius eius: regnauit ſuper Longobarbos in Pannonia annis 25.

17	7	30	1	53	2	8	544

Herculanus Peruſinus eps a Totila rege ſecto capite martyrizatur: poſt mortē vero/corpori caput eius vnitū inuenitur. Totila Siciliā inuadit: Narſes vero eunuchus Rhomanorū Patricius ordinatur & cōtra Totilā deſtinatur. Theudegiſilo iter cōuiuandū a ſuis perēpto: Agilā regnat ſup Vuiſigothos ānis nouē.

18	8	31	2	54	1	9	[illegible]

Narſes Albuino regi Longobardorū confœderatur.

Obijt ſanctus Remigius Remorum epiſcopus.

Romanorū	Persa.	Franco.	Longo.	Anglorū	Vuisigo.	Ostrogo.	Anni do.
19	9	[illegible]	3	55	2	[illegible]	[illegible]

Vigilius papa exiliatur. Narses Patricius auxiliãtibus sibi Longobardis: Totilã regẽ perimit.

Ostrogothorũ gente vsq; ad internitionẽ deleta: regnũ Ostrogothorũ penitus destruitur. Ita illud regnũ Gothorũ quod vt ait Iordanis per annos circiter duo milia quadringentos durauerat: defecit in Ostrogothis, sed Vuisigothis ĩ Hispania regnãtib9: incolume remansit. Theias tamẽ regnũ Ostrogothorũ resuscitare nisus: regnat ãnis duob9.

20	10	33	4	56	3	1	[illegible]

Conserto prelio inter Chunimundũ regẽ Gepidarũ & Albuinũ regẽ Lõgobardorũ/ corruerũt vtriq; 60 milia eorũ. Vbi Albuinus Chunimundũ pemit: & ex testa capitis eius poculũ sibi ad bibendũ fecit/ filiãq; eius captiuã/ vxorem sibi accepit.

Hũnis vero terras Gepidarum inuadentibus/ destructum est regnum Gepidarum penitus.

21	11	34	5	57	4	[illegible]	[illegible]

Theodebertus rex per se & per ducẽ suũ Bucellinũ Italiã belli vario euentu inquietare nõ desistit: & ab Italia & a Sicilia/ aut spolia/ aut tributa accipit.

Theias rex a Narsete perimitur: & cum eo Gothorum reliquiæ extirpantur.

Ostrogothorum regnum finit.

22	12	35	6	58	5		[illegible]

Narses Patricius Sindual regem Britonum ex amico sibi rebellem bello victum & captum suspendit: sed de hoc rege historia Britonũ nichil refert nisi forte eadem persona diuerso nomine nuncupatur & ibi taceat quod hic habetur. Post Constantinũ quippe qui Arturo successit/ regnasse dicitur Aurelius Conanus & post eum Vuortiporius.

Agericus Virdunensis episcopus claret.

23	13	[illegible]	7	59	6		[illegible]

Theodebertus rex obijt: cui Theobaldus filius eius succedit.

Arboris que dicitur Sambucus/ flores/ grana/ &

Rhomanorum	Persarum	Francorum	Longobar.	Anglorum	Vuisi.	Anni dñi.

fructus: in flores grana & fructus vitis trãsformãtur.

[illegible]	14	[illegible]	8	60	7	[illegible]

Quinta synodus vniuersalis Cõstantinopoli celebratur: in qua epistola quę ibe dicitur erroris plena/ reprobat. & Theodorus personã mediatoris dei et hominũ in duabus substantijs separans/ad impietatis perfidiã cecidisse conuincitur.

[illegible]

[illegible]	15	[illegible]	9	61	8	[illegible]

Pelagius Rhomanę ecclesię 58: pręsidet. Hic insimulatus de morte Vigilij papæ tenẽs sancta euãgelia & crucẽ: iureiurando publice satisfecit. Hoc tẽpore in oriẽte puer quidã Iudęorũ filius/cum a coeuis suis Christianorũ filijs ad hoc adductus fuisset vt in ecclesia sanctæ matris dñi nostri IHESV Christi corpus & sanguinẽ Christi perciperet: propter hoc a patre suo proiectus in fornacẽ ardentẽ/illesus ĩde a Christianis extractus est/ asserẽs ꝙ mulier quę in illa ecclesia puerũ tenẽs depicta erat: pallio suo flãmas ignis a se euentilasset.

[illegible]

26	16	39	10	62	9	[illegible]

Agilan cum insolenter in suos ageret Athanagildus auxiliantibus sibi Rhomanis/eo perẽpto regnauit ãnis 22.

Athanagildus

27	17	40	11	63	1	554

Clotildis regina moritur. Hiems/niue & glacie ita exasperatur vt volucres & ferę indomitę manu capi possent.

[illegible]	18	[illegible]	12	64	2	[illegible]

Bucellinus & Amingus duces Francorũ: a Narsete perimũtur. Quasi species lanceę in cœlo apparuit a septẽtrione in occidentem.

[illegible]	19	[illegible]	13	65	3	[illegible]

Theodebaldus rex obijt. Lotharius rex Francorũ rebellantes cõtra se Saxones: & auxiliantes eis Thuringos graui pugna & excidio perdomuit.

Obijt sanctus Medardus Nouiomẽsis & Tornacẽsis: in cuius transitu cœlũ apertũ est & diuina ante eum micuerunt luminaria spacio duarũ horarum.

Rhomān.	Persarū	Francorū	Lōgobar.	Anglorū	Vuisigo.	An. Chri.
	Cuius corpus rex Lotharius trāſferri fecit ad vrbem Sueſſioneñ. ꝓmittens ꝙ ſuꝑ cū decētiſſimā baſilicam ædificaret/ et inibi religioſorū virorū cōuētū ſtatueret. Quod opus ipſe quidē cœpit: ſed filius eius Sigebertus adimpleuit.					
30	20	[illegible]	14	66	4	[illegible]
	Radegundis regina vxor quondā Lotharij regis: mutata veſte claret ſanctitatis nobilitate.					
31	21	[illegible]	15	67	5	[illegible]
	Gregori9 filius Gordiani ſenatoris Rhomę adoleſcit: qui ſex monaſterijs in Sicilia fundatis/ & ſeptimo Rhomę in domo ſua: ex pretore vrbano factus monachus/ ſapientia & ſciētia: doctrina & ſanctitate claruit. Terremotus terribilis nimis per decē dies factus eſt.					
32	22	45	16	68	6	[illegible]
	Childeberto rege mortuo/ monarchia regni Francorū cedit fratri eius Lothario.					
33	23	49	17	69	7	560
	Hoc tēpore iudęus quidam imaginē ſaluatoris de eccleſia furtim deponēs: eā telo tranſfixit. & eā clā ad domū ſuā deferens cū eam volet flāmis exurere: ſe ſanguie imaginis cruentatū videns/ prę ſtupore eā abſcondit. quā Chriſtiani requirētes/ & per veſtigia ſanguinis inueniētes eam ſanguinolentā: receperūt. Iudęum vero lapidauerūt. Miſerabilis in Italia mortalitatis peſtilētia.					
34	24	[illegible]	18	70	8	[illegible]
	Hoc tempore in Scotia Brendanus claruit. Qui fortunatas inſulas ſeptēnali nauigatione ꝑquirēs: multa miraculo digna vidit. A quo Machutes qui & Maclou9 regulariter educatus/ & ipſius nauigationis ſocius: in Britānia ſanctitate & miraculis claruit: qui a Britānis exacerbatus eis maledictis trāſiuit ad Gallias: & ſub Leūtio Saxonū epō ml't o tpē virtutib9 claruit. Britānos vero ꝓpter ſuā maledictionē varijs cladib9 addictos: data rurſum bn̄dictione abſoluit & ſanauit. Anglorum in Britannia Edilbertus tertius: regnat annis quinquagintaquinq;.					

Rhomanorū	Persarū	Francorū	Lōgobar.	Anglorū	Vuisig.	Añ. dñi.

Sup Britones aūt post Vuortiporiū regnauit ī Algo: qui iuxta historiā eorū sex insularū cōprouincialiū monarchiā bellando cōquisiuit. Post quē regnauit Cathericus: in cuius tempore dispersi sunt Britones/ & regni dyadema perdiderunt multis annis.

				Edilbertus		
[illegible]	25	[illegible]	19	1	9	[illegible]

Cōstātinopoli quidā īperatorē extinguere moliti: extinguntur. cuius criminis Bilisarius quoq; accusatus: ab imperatore absoluitur. In Gallia mons sup Rhodanū fluuiū multis diebus dans mugitū/ tandē ab alio monte sibi vicino discissus: cū ecclesijs & domibus/ hoībus/ et bestijs in Rhodanū p̄cipitatus est.

36	26	49	20	2	10	563

Lotharius rex Chrānū filium suum diu cōtra se rebellantē/ & multa mala in regno suo facientē/ in Britānia ꝑsequutus: ei eiusq; auxiliario duci Britonū Chonobro bello occurrit/ & Chonobrū quidē pemit. Chrānū vero captū: igni cū vxore & filiab⁹ cōsumi fecit.

[illegible]	27	50	21	3	11	564

Ioānes Rhomanę ecclīę 59: pręsidet. Lothario rege Francorū mortuo/ Chilpericus filius eius cōpartito regno cū fratribus suis: Heriberto/ Gūtrāno & Sigeberto: regnat ānis 23. Et ipse quidē Chilpericus/ Suessionis sedē regni habuit. Heribertus Parisius: Guntrānus Aurelianis/ Sigebertus vero Metis. — Ioānes pp.

		Chilpericus				
38	28	1	22	4	12	565

Iustiniano īpatore mortuo/ Iustin⁹ iunior īperat ānis 12. Multa signa in sole & luna apparuerunt.

Iustinus						
1	29	[illegible]	23	5	13	566

Narses Patricius accusatiōe Rhomanoꝝ Patriciatu degradatus/ & quia eunuchus erat exprobrāte sibi Sophia augusta vt iret ī Geneciū/ diuidere pēsa cū puellis: respondens talē se eidem orditurū telā/ qualē ipsa dum viueret deponere non posset: inuitat Longobardos ad possidendam Italiam.

Rhomanorum.	Persarum	Francorum	Longobar.	Anglorum.	Vuisi.	An. domini

Sanctus Columbanus presbyter veniens de Scotia: clarus habetur in Britannia. Sanson Dolensis archieps/ consanguineus sancti Maclouij: & successor Sansonis Maglorius/ qui de transmarina Britannia ad cismarinam transierant Britanniam/ clarent sanctitate & doctrina.

2	30	3	24	6	14	[illegible]

Sigebertus rex Hunnos partes Francorum depopulantes: in Thuringia bello deuincit. Chilpericus frater eius interim terminos illius incursat: & Remis vrbem occupat. Hastę igneę in cœlo visę sunt/ portendentes irruptionem Longobardorum in Italiam. Basolus abbas & Sindulphus presbyter & reclusus in Francia clarent.

[illegible]	31	4	25	7	15	[illegible]

Albuinus rex Saxonibus/ alijsque gentibus sibi ascitis & Pannonia ex condicto commendata amicis Longobardorum Hunnis: ad Italiam contendit cum omnibus Longobardorum familijs: ibique regnat sex annis.

Sigebertus rex desertas Saxonum terras peruadit: easque Sueuis ad habitandum tradit. Hanc mali nouitatem noua in cœlo signa multo ante tempore portenderant.

4	32	5	1	8	16	[illegible]

Sigebertus rex fratri suo Chilperico repugnat: & Suessionis sedem regni eius occupat. Theodebertum filium eius ibi captum exiliat: ipsum Chilpericum prelio victum fugat/ & terminos suos ab eius insolentia liberat. Ipse vxorem ducit Brumam filiam Athanagildi regis Vuisigothorum: quae & Brunichildis dicta est.

[illegible]	33		2	9	17	[illegible]

Sanctus Vedastus obijt. Italia a Longobardis nullo subsistente peruasa atteritur: insuper fame & pestilentia consumitur. Armenij fidem Christi suscipiunt.

[illegible]	34	[illegible]	3	10	18	[illegible]

Sanctus Amandus nascitur. Hunni iterum Sigeberto congressi/ & magicis artibus pene victoriam adepti recedunt: Sigeberto in omni vita sua confœderati.

[illegible]	35	[illegible]	4	11	19	[illegible]

Gregorius Turonensium eps ordinatur: clarus habetur in omnibus.

Rhoman.	Persarũ	Francorũ	Lõgobar.	Anglorum	Vuisigo.	Anni dñi.

Longobardi Papia post triẽnij obsidionẽ per deditionẽ accepta:& pręter Rhomã & Rauẽnã pene tota potiti Italia dominantur, ibi cum potentia.

9	36	9	5	12	20	573

Inter Rhomanos & Persas pugna cõmissa: Rhomanis cędit victoria. Heribertus rex moritur.

Hispani & Franci de pascha celebrando dissentiũt: Hispanis 12 Calendas aprilis/ Frãcis vero 14 Calẽdas maij pascha celebrãtibus. Sed Frãcos recte celebrasse p hoc diuinitus claruit: ꝙ fontes in Hispania qui in sabbato sancto paschę ad baptizandũ sponte diuinitus repleri solent/ non in Hispanorum sed in Francorũ pascha repleti sunt.

[illegible]	37	10	6	13	21	574

Apud Persas Hormisda/ regnat annis 17 Albuinus rex Lõgobardorũ/ ab armigero suo pimitur fraude vxoris suę. Cuius patrẽ Chunimundũ Gepidarũ regẽ ipse olim in bello pemerat: & ex testa capitis eius sibi paterã ad bibendũ fecerat: quã cũ vno die ei porrigeret dicẽs/ bibe cũ patre tuo: illa fœmineo furore accẽsa/ illũ ab Armigero ipsius in lecto pimi fecit.

Cleb subrogatus regno Longobardorũ regnat ãnis 2.

10	1	11	1	14	22	575

Benedictus Rhomanę ecclię 60: pręsidet. Ab hoc Gregorius ad p̃dicandũ Anglis abire pmissus: sed populo tumultuãte retractus/ septimus leuita est ordinatus. — Benedictus papa

Athanagildo rege Vuisigothoꝝ mortuo/ Leuuigildus cũ fratre suo Leuua/ & post solus: regnat ãnis 16.

Fortunatus poeta veniẽs ab Italia: claret ĩ Gallia. — Leuuigild

11	2	12	2	15		576

Cleb mortuo/ Longobardi sub ducibus fuerũt ãnis 10: Fame Rhomã vrgẽte/ multi Rhomanorũ se Longobardis dederunt.

12	3	13	1	16	2	577

Iustino ĩperatore mortuo/ Tyberius regnat ãnis 6. Hic missa ab Aegypto frumenti copia: Rhomã liberat ab inedia.

Chilpericus rex Francorũ fratrẽ suũ Sigebertũ/ ni-

Rhomanũ.	Perſarũ	Francorũ	Longobarđ.	Anglorũ	Vuiſi.	Anni dñi.

mis & per ſe & per filiũ ſuum Theodebertũ vrget: pluſq̃ ciuili bello.

Iohannes

[illegible]	4	14	2	17	3	[illegible]

Sigebertus rex fratri ſuo Chilperico pugna cõgredit: ibiq; Theodebertus filius Chilperici pimitur. Francis vero pro Chilperico ſibi exoſo/ Sigebertũ ſup ſe regem leuare volentibus/ a duobus pueris a Fredegunde Chilperici vxore imiſſis: Sigebertus pimitur. Brunichildis vxor eius cũ filio Childeberto vel Childeberti filijs: regnũ gubernans propter inſolentiã morum adeo intolerabilis erat Francis: vt merito crederet̃ Sybilã de ea vaticinatũ eſſe. Veniet (ait) Bruma de partibus Hiſpaniæ/ ante cuius cõſpectũ: gentes vel gentiũ reges peribũt. Ipſa vero calcibus equorũ dirupta: peribit. Quę q̃uis ita eſſet inſolẽs: tamẽ dei eccleſias honorabat. Plura etiã ſanctorũ cenobia fundauit/ & ædificia admirandi operis cõſtruxit: vt miraculo fuerit tanta ab ea fieri potuiſſe.

Sanctus Germanus Pariſienſis/ obijt.

Duces Longobardorũ vrbes & eccleſias exterminantes indiſcrete: ſubiugãt ſibi quod ſuperat Italiæ.

2	5	15	3	18	4	[illegible]

Tyberius quia liberalis in pauperes fuit: liberalitatẽ eius deus iuuit/ dũ multos theſauros ei iuenire fecit.

Chilpericus rex Brunichildẽ relictã Sigeberti cũ filijs exiliat. Menas ſolitarius in Italia claret.

3	6	16	4	19	5	58[illegible]

Hormiſda rex Perſarũ incurſans ꝓuincias Rhomanorũ/ ignominioſe victus a Rhomanis: ꝓpoſuit edictum ne rex Perſarũ per ſe vltra exeat ad pręliũ.

Ignis per cœlũ diſcurrere viſus eſt.

4	7	[illegible]	5	20	6	[illegible]

Pelagius pp.

Pelagius Rhomanæ eccleſiæ 61: pręſidet. Hic obſidẽtibus Rhomã Lõgobardis/ ordinatur abſq; iuſſione principis. Hic decreuit quotidianã ſacramẽtorum prefationẽ ad miſſas/ nouẽ tantũmodo p̃fationibus ſecundũ antiquũ Rhomanorũ ordinẽ eſſe cõmutandã: ſcilicet i natali dñi/ in apparitione/ in paſcha/

Rhomanorum	Persarum	Francorum	Longobard.	Anglorum	Vuisi.	Anni dni.

in ascensione / in pentecoste / de sancta trinitate / de apostolis / de sacta cruce / de ieiunio quadragesimali. Ab hoc Gregorius Cōstantinopolim apocrisarius directus / hortatu Leandri Hispalēsis epi libros Moraliū in Iob cōposuit: & ibidē Euticiū Cōstantinopolitanū epm male de resurrectione dogmatizantē / corpus nostrū in illa resurrectionis gloria ipalpabilē vētis aereq3 subtilius esse futurū: in psentia iperatoris Tyberij confutauit / & illo non multo post mortuo: penitus extinxit. ¶ Duces Longobardorū Gallias aggrediūtur et vario bellādi genere / nunc Franci nūc Longobardi inter se collidūtur.

¶ Hospitius famulus dei: i Gallia claret / qui etiā aduentū Longobardorū prędixerat.

[illegible]	8	18	6	21	7	[illegible]

¶ Saxones in Italia a Longobardis recedētes / & terras suas in Germania repetere nitentes: a gentibus a Sigeberto illuc immissis / vsq3 ad viginti milia eorū cæsis sero destiterunt a bellis.

¶ Vuinnochus Brito veniēs de Britānia / sanctitate claret in Gallia. ¶ Lupi Burdegalē vrbē igressi: neminē metuentes / deuorauerunt canes.

6	9	19	7	22	8	583

¶ Ermiuigildus Leuuigildi regis Vuisigothorū filius / filiā Sigeberti regis i vxorē duxit. p quā ad orthodoxā fidē cōuersus / irā pris sui Leuuigildi arrhiani: icōparabiliter incurrit. ¶ Turonis / verus de fracto pane sanguis effluxit. ¶ Tyberio iperatore in Amentiā icurrente / & nō multo post mortuo: Mauricius iperat ānis 21.

Mauricius

1	10	20	8	23	9	584

¶ Persæ Armeniā prędijs / incendijs captiuitate eporum ac populorum pturbāt: ecclīā tamē 48 martyrū apud Armeniā sub Licinio passorū / nullomodo incendere potuerūt. ¶ Chaianus rex Anarorū, id est Hūnorū: pacē cum Mauricio imperatore soluit.

2	11	21	9	24	10	585

¶ Mauricius imperator per pretorem suum contra Persas

Rhomanorum.	Persarū	Francorū	Lōgobar.	Anglorum	Vuisigo.	Anni dñi.

fortiter agit.

Anthiochia diuinitus subuertit̃: hoc modo. Quidā ciuis illius adeo elemosinis & hospitalitati deditus vt nullo vnq̃ die sine paupe aut hospite comederet: cū vno die vsq; ad vesperā vrbē circuisset/ vt pauperē vel hospitē inueniret: offendit virū seniorē in veste alba cū duobus socijs stantē in medio ciuitatis/ & inuitans eum ad hospitium hoc responsum accepit ab eo. Nō poteras o homo dei cū nostro Symeone hanc vrbē saluare/ ne subuerteret̃. Et hoc dicto sudariū qđ in manu tenebat excussit sup vnā medietatē vrbis/ statimq; ipa medietas cū habitaculis & habitatorib9 subuersa est. Et volēs adhuc excutere sup aliā medietatē vrbis: vix ab illis duobus socijs suis multa pce flexus est/ vt parceret residuę vrbis medietati. Sicq; virū qui hoc aspiciebat attonitū cōsolatus: ex saluatione domus suæ discessit/ & vltra nō cōparuit.

Guntrānus Francorū rex in venādo fessus/ dum in gremio armigeri sui dormiret iuxta riuū aquę: vidit armiger de ore regis paruū aīal exire. cui volēti riuū transire nec valēti/ armiger gladio trans riuū posito: viā ei eundi & redeūdi parauit. Quo iterū in os eius intrante/ rex experrectus est: & stupefactus dicit se per sōniū per pontē ferreū transisse/ & sub quodā monte multos thesauros vidisse. Vbi cū prexisset secūdū fidē sōnij thesauros magnos inuenit: eosq; acceptos sanctæ ecclesiæ vsibus delegauit.

[illegible]	12	22	10	25	11	586

Leuuigild9 rex Vuisigothorū/ filiū suū Ermiuigildū hostili psequēs aīo: eū dānat exilio. Hoc tpe etiā Miro rex Gallicię morit̃. Longobardi Aucthari regē sibi ita tuerūt: eumq; ob dignitatem Flauiū appellauerunt. a quo oēs Lōgobardorū reges: Flauij sunt appellati.

[illegible]

4	13	[illegible]	1	26	12	[illegible]

Chilpericus rex Francorū imissu suæ vxoris Fredegūdis: pimitur. Lotharius filius eius ifans quatuor mensiū/ in regno sublimatus: regnauit ānis 44.

Rhomanū.	Perſarū	Francorū [illegible]	Longobard.	Anglorū	Vuiſi.	Añ. do
5	14	1	2	27	13	588

¶ Childebertus rex a Mauricio īperatore pro expellēdis ab Italia Lōgobardis/pecuniā accepit: ſed id fruſtra fuit. quia nunc confœderatus eis rediit/nunc eis cōgreſſus īferior eis ceſſit: nunc & ſi ſupior eis fuit/ab expulſione tamē eorū munimen ciuitatū eū ꝓhibuit.

6	15	2	3	28	14	589

¶ Leuuigildus rex Vuiſigothorū Ermiuigildū filiū ſuū quia Arrhianę cōmunioni participare noluit: nocte ſācta paſchę in carcere ſecuri occidit. ¶ Childebertus Lotharii exercitui cōgreſſus: victus euaſit.

7	16	3	4	29	15	590

¶ Rex Lōgobardorū Aucthari vxorē ducit Theudelindā filiā Garibaldi regis Baioriorū ¶ Nimiæ pluuiæ inūdāt: vt oēs dicerēt quia aq̄ diluuii ſupinūdarēt. et tāta clades fuit: vt nullus grauiorē a ſęculo fuiſſe meminerit. Magnus etiā draco in modū validę trabis/cum innumerabili ſerpentiū multitudine: per Tyberim in mare deſcendit. a quibus ſuffocatæ beſtiæ maris/ & ad littus proiectæ: putredine aerem corruperunt.

8	17	4	5	30	16	591

¶ Hormiſdā regē Perſarū a Perſis excęcatū/filius eius Coſdroe occidit: & ad Mauriciū īperatorē cōfugit/eiuſq; virtute Perſas debellans: regnū Perſarum accepit. & ānis 38 regnauit. ¶ Leuuigildo rege Vuiſigothorū mortuo/Recharedus filius eius regnat annis 15. In Italia facto vltra fidē pene diluuio oīm/poſt multā cōfuſionē rerū ſubſecuta eſt per cladē īguinariā imedicabilis mortalitas hoīm/quę primū pcuſſit papā Pelagiū. Poſt quē Gregorius ad papatū electus: interim dū īperatoris aſſenſus expectatur inſtituit p ſeptiformē lætaniā placare irā dei: & in procedēdo octogita hoībus hac plaga percuſſis/tandē ira quieuit.

	Coſdroe				Rechared9	
9	1	5	6	31	1	592

¶ Gregorius Rhomanę eccl'ię 62: p̄ſidet. Hic īter cętera pietatis opera/aīam Traiani Rhomanorū quondā īpera [illegible]

Rhomañ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.

toris/quis pagani: a pœnis inferni liberari miserãdo & plorando a deo obtinuit. Hic inter multa quæ vtilia ecclesiæ fecit & instituit: antiphonariũ regulariter centonizauit & vtiliter cõpilauit. Kyrieleyson a clero ad missas cãtari p̄cepit: alleluya ad missas extra quadragesimã dici fecit. In canone hostiæ tria verba supaddidit: diesq; nostros in tua pace dispônas/atq; ab æterna dãnatione nos eripi: & in electorum tuorũ iubeas grege numerari. Orationẽ quoq; dñicã post canonẽ sup hostiã censuit recitari.

Aucthari rege Longobardorũ mortuo/Lõgobardi pmissa Theudelindę reginę optione sibi virum & Italię regẽ eligẽdi: p̄fecerũt sibi regẽ Agilulfum/qui regnauit annis vigintiquinq;.

			Agilulfus			
10	2	6	1	32	2	593

In Gallia quidã in silua cedẽs ligna/adeo a muscis infestatus est: vt per biẽniũ amens fieret. Deinde sub religiõis habitu exhibebat se pseudo ,pphetã: deinde magũ/deinde etiã sanitates desup infirmos faciẽs/Christũ se esse dicebat/& pro Christo se adorari iubebat. nolentes se adorare cũ populo qui ei multus adhęrebat: ĩpetebat hostiliter. Qui postea a quodã fideli occisus est: & ita sequaces eius dispsi sunt.

Recharedus rex Vuisigothorũ terminos Rhomanorum inquietat. Hoc tẽpore regnabat in Hibernia insula Philtanus & in Scotia regnabat Brendinus cui frater erat nomine Adelphius/de cuius Adelphij filia quę vocata est Gelgehes genuit rex Hibernię Philtanus sanctũ Furseũ & fratres eius Foillanum & Vltanum.

Hucusq; Gregorius Turonensis [illegible] Francorum [illegible]

[illegible]	3	[illegible]	2	33	3	594

Tunica dñi nostri IHESV Christi in ciuitatẽ Zaphat nõ longe a Iherosolyma cõfessione Symeonis iudęi inuenta: & ab epis Gregorio Anthiocheno & Thoma Iherosolymitano & Ioanne Cõstantinopolitano Iherusalẽ in loco vbi crux Christi venerat est posita. Gaugericus Cameracẽsis eps claruit.

[illegible]	4	8	3	34	4	595

Recharedus rex Vuisigothorũ synodo 62 epõrũ apud Toletũ cõ-

Rhomanorum	Persarum	Francorum	Longobard.	Anglorum	Vuisi.	Anni dni.

gregata/ibiq; Arrhiana heresi abdicata & anathematizata: se cum tota Vuisigothorũ gente cõfirmat in fide catholica. ¶ Thassilo a Childeberto ordiatus rex Baioariorũ/deuictis Sclauis obtinuit triũphũ. ¶ Cõstãtinopoli puer nascit̃ quadrupes:& alter duos vertices habẽs.quę ꝓdigia/portendũt aduersa locis in quibus nascũtur.

13	5	[illegible]	4	35	5	[illegible]

¶ Agilulphus rex Longobardorũ in Rhomanos insurgit: sed agẽte Theudelinda regina nõ multo post cũ eis fœdus inijt. Huic reginæ Gregorius papa libros dyalogi sui misit. ¶ His diebus irruẽtes Longobardi in Cassinũ montẽ:diripuerũt oĩa quę in monasterio sancti Benedicti inuenire potuerũt.neminẽ vero tenere valuerũt/sicut idẽ famulo suo dñs ꝓmiserat:vt si res gẽtibus traderet/ aĩas seruaret. Monachi aũt fugiẽtes Rhomã petierũt codicẽ regulę a beato Bñdicto æditum & pondus panis atq; mensurã vini secũ deferẽtes. ¶ Sol a mane vsq; ad meridiẽ minoratus est: vsq; ad tertiam sui partem.

14	6	10	5	36	6	597

¶ Gregorius papa quod ipse olim facere intenderat: Augustinũ cũ alijs ad prędicãdũ destinat in angliã. ¶ Gũtrãnus rex sanctitate clarus dormit in Christo: regnũ eius cessit fratrueli eius Childeberto.

15	7	11	6	37	7	598

¶ RechIaredus rex Vuisigothorũ regibus Francorũ cõfœderatur: eiq; soror Childeberti regis vxor datur. ¶ Sanctus Colũbanus abbas & p̃sbyter doctor Scotorũ & Pictorũ obijt. qui posteris suis multa sanctitatis monumẽta reliquit. p̃terq̃ ꝙ rustica simplicitate/pascha dñico die debere celebrari/neq; didicit neq; docuit. ¶ Marculfus abbas Baiocẽsis: sanctitate claret in Gallia.

16	8	[illegible]	7	38	8	599

¶ Edilbertus rex Anglorũ qui Cãtuarij vocãtur: p̃dicãte Augustino cũ gẽte sua baptizat̃. Porro gẽs Anglorũ qui Mercij dicũt̃ & gẽs Nordanibrorũ qui quod ad aquilonalẽ partẽ Hũbri fluminis habitent: ita vocantur / sub regibus Edilfrido & Elle nondũ audierant verbum vitæ.

Rhomanū.	Perſarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuiſi.	Annī d.
17	9	13	8	39	9	600

Sanctus Goar veniens ex Aquitania: claret in Gallia. Auguſtinus ab Etherio Arelatēſi ep̄o/ cōſecrat̄ Anglorū epiſcopus. Childebertus rex Francorū moritur: cui Theodebertus & Theodericus filij eius ſubrogantur.

[illegible]	10	14	9	40	10	[illegible]

Contentio inter Rhomanā ecclīam & arrogantiā Ioānis ep̄i Cōſtantinopolitani vniuerſalis patriarchę nomē ſibi vſurpātis/ſub Pelagio papa cōcepta: & a Gregorio iam inde nō leniter exagitata/nō antea quieſcere potuit q̄ Ioānes ipſe ſubita morte obijt. Hūni cum Francis fortiter bellāt in Thuringia. Fredegūdis regina moritur/ Agilulfus Theoderico cōfœderat̄. In Nilo Aegypti flumīe viſa ſunt aīalia humanę formę/ vir ſcilicet & mulier vſq; ad lūbos ſup aquā extantes qui ab hoībus p deū adiurati/a mane vſq; ad nonā ſe videndos prębuerunt.

19	11	15	10	41	11	602

Auguſtin9 ep̄s Anglorū habita ſynodo cū Britonū & Scotorū ep̄is: quia ſacerdotes & monachos īuenit aduerſarios ęquitatis/quos voluit habere ſocios p̄dicationis/terruit eos vaticinio futurę ſup eos calamitatis. Sanctus Colūbanus ex Hibernia in Burgūdiā venit: ibiq; pmiſſu Theoderici regis/cenobiū Luxouiū ędificare cępit.

20	12	16	11	42	12	60[illegible]

Maurici9 īpator ſe cū ſuis a Foca īterficiēdū/diuinit9 p̄dixit: & malorū penitēs ea ſibi retaliari p ſe & p ſeruos dei iſtā ter expoſcit. Theodericus rex auiā ſuā Brunichildem ab Auſtraſijs eiectam recepit.

21	13	17	12	43	13	[illegible]

Maurici9 īpator cū vxore & filijs a Foca pimit̄: & īpat Focas ānis 8.

Oriētales Angli cū rege ſuo Sigeberto/p Mellitū ep̄m conuertūtur ad Chriſtū. Per Auguſtinū archiep̄m trāſlata eſt dignitas archiep̄atus quę prius Lōdonijs erat: ad Cātuarienſem eccleſiam.

Focas.

1	14	18	13	44	14	[illegible]

Gregorius dyalogus obijt. Cognita morte Mauricij/graſſant̄ p Rhomanorū ꝓuincias/hinc Perſę & Inde Hunni.

Rhomanorum.	Persarum	Francorum	Longobard.	Anglorum	Vuisi.	Anni dni.

Lotharius & Theodericus prelio inter se colliduntur: in quo plusque 30 milia cesa referuntur/Theodericus tamen victoria potitur. In hoc prelio angelus domini euaginatum gladium super populum tenens: visus est.

2	15	19	14	45	15	606

Sabinianus Rhomanę ecclesiæ 63: presidet. Hoc tēpore pauper quidā cū a nautis elemosinā peteret/nec acciperet: dicente nauclero/ desiste elemosinā petere a nobis: qui nichil hic preter lapides habem9. Cū subiecisset paup: omnia ergo vertantur in lapides. quicquid manducabile in naui erat/in lapides cōuersum est: colore & forma rerū earūdem permanente. Fame Rhomā aggrauāte/Rhomāi Gregorio papæ iam defuncto derogantes/ꝙ thesauros ecclesiæ sua nimia liberalitate dissipasset: cum non adesset persona in quā exardescerent/memoriā nominis illius in libris eius delere volebāt. ac per hoc libros Gregorij papę Rhomanis exurere volētibus: obstitit Petrus dyaconus/ prodens se spiritū sanctum in columbę specie sup caput Gregorij tractantis sedentē vidisse sepius. idq; cōfirmans iusiurandi sacramento/mox moriens ex cōdicto fidem fecit suo testimonio. Post Recharedum apud Vuisigothos/regnauit Bethericus annis 7. — Sabinianus papa. — Bethericus

3	16	20	15	46	1	607

Sabinianus papa cum & ipse liberalitati Gregorij predecessoris sui derogaret/ & sub hoc obtentu manū egenis subtraheret/Gregorius eum per visum ter pro culpa tenaciæ & huius derogationis increpatū: ꝙ nō resipisceret etiā quarto horribiliter increpans/ & cōminans in capite percussit. quo ille dolore vexatus/ nō multo post mortē obijt. Post quē Bonifacius Rhomanæ eccl̃ię 64: p̄sidet. Hic obtinuit apud Focā iperatorē/vt eccl̃ia Rhomana caput esset oīm ecclesiarū: quia ecclesia Constantinopolitana scribebat se esse primā omniū ecclesiarū. Hic in cōsilio 62 eporū: decreuit sub anathemate/vt nullus viuente episcopo ciuitatis suæ de altero eligendo audeat lo- — Bonifacius papa.

Rhomañ.	Persarũ	[illegible]	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	[illegible]

qui/aut partes sibi facere. Sed tertio die depositionis eius fiat licẽter a clero & populo/electio sacerdotis. Theodericus & Theodebertus fratres & reges Vuascones sibi subiugant.

4	17	21	16	47	2	608

Corpus sancti Victoris Thebei apud Solodorũ cũ sancto Vrso passi: inuenitur. Secũdus famulus dei in Italia claret. Desiderius Viennẽsis eps a Theoderico exiliat.

5	18	22	17	48	3	[illegible]

Augustinus Anglorum primus eps moritur: ciq; Laurentius substituitur.

Bonifacius papa. Bonifacius Rhomanæ ecclesiæ 65: pręsidet. Hic Pentheon Rhomæ a Foca imperatore imperratũ vertit in ecclesiã sanctæ Marię et omniũ martyrũ/et in calendis nouembris ibi instituit solẽnitatẽ omniũ martyrũ. quæ postea crescente religione Christiana: decreta est fieri in honore omniũ sanctorũ.

6	19	23	18	49	4	610

Persæ Rhomanorũ prouincijs grauiter incubant.

Agilulphus Lõgobardorũ rex/Mantuã/Cremonã & aliqua Italiæ castella capit.

7	20	24	19	50	5	611

Alexandriæ Ioãnes eps claruit: qui ob eximiã in Christũ liberalitatẽ/nomen elemosinarij habere meruit.

Post Cathericũ regẽ quẽ rex Africanorũ Guermũdus expugnauit/ & in Vuallias fugere compulit: postq̃ Britones diuina desolatione dispersi. alij quidẽ in minorẽ Britanniã/ alij in occidẽtales insulæ partes id est in Gallias cum ecclesiasticis personis & sanctorũ reliquijs secessissẽt: tãdem resumptis viribus leuauerũt super se regẽ Caduanũ. Qui cum in terram regis Edelfridi pugnaturus intraret: & ille ei ad bellum occurreret/vtriusq; exercitus consilio/ pax inter eos facta est.

[illegible]	21	[illegible]	20	51	6	[illegible]

Heraclius ad imperatorẽ electus Foca perempto & cremato ignibus: regnauit annis triginta.

Desiderius Viẽnensis epus: consilio Brunichildis

Rhomanorū	Persarū	Francorū	Lōgobard.	Anglorū	Vuisi.	Anni dñi.

a Theoderico rege lapidibus obrutus/martyrizatur.

Heraclius 1	22	26	21	52	7	613

Virtus & nomen sancti Ioānis baptistę miraculis declaratur apud vrbem Galliæ Mauriēnā/ de reliquijs corporis ipsius diuinitus illustrata: hoc modo in ea olim mulier sancto Baptistæ nimis deuota expetebat ab eo donari sibi aliquid de mēbris eius:& in hac orādi instantia per triēniū pſistens/cū alter quiuis iā posset desperare:ipsa spem in deo ponens/iurauit se nō mānducaturā donec quod petebat acciperet. & sic septē diebus ieiunās/septima tandē die desup altari pollicē miri cādoris apparere videns:lęta donū dei accepit Ad quod adorandū tres epi veniētes:cū de hoc sancto pignore partē elicere vellēt/tres sanguinis guttas ex eo stillare in lintheo supposito stupuerūt:& singuli singulas se meruisse lętati sunt.

Persæ a Rhomanorū insecutione non desistunt.

Betherico Vuisigothorū rege mortuo: Sisebodus regnat annis vigintinouem. [illegible]

[illegible]	23	[illegible]	22	53	1	614

Deusdedit Rhomanę ecclię 66:pſidet. Hic cōstituit scdam missam in clero. hic etiā secundū istituta maiorū suorū decreuit: vt si qui viri vel mulieres suos ipsi filios quocūq; modo de sancto lauachro susciperēt/separētur ab inuicē. vel si quis vir cōmatrē suā/ vel si qua mulier cōpatrem suum a primo dono spiritussancti quod est pabulū salis sacrati vsq; ad septimū donum spiritussancti in coniugiū duxerit : separētur. mulier tamen maritalē dotem recipiat/& post expletū annū alteri si vult nubat. Sanctus Colūbanus a Theoderico rege instinctu Brunichildis auię: expellitur Frācia. qui post relicto Gallo discipulo suo in Alemānia: cenobium Bobium construxit in Italia. — Deusdedit papa.

Sanctus Amandus Elnonensis per Gallias miraculorū & pdicationis gratia:clarescebat.

Allouuinus etiā qui & Bauo per eū ex prędone cōuersus & Gādaui solitarie reclusus sctītatis exēplū erat oib9

Rhomanorū.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Añ.d
3	24	28	23	54	2	615

Edilfredus rex Nordanibrorū/regē Scotorū Ean: cū oībus pene suis in bello extinguit. Hæc calamitas Scotis cōtigit: scđm vaticiniū Augustini ep̄i. qui intermiatus Scotos ab Anglis fore perimēdos/ qui Anglos ad vitam æternā cōuerti egre ferebant: in monachos quoq; Scotorū ira dei seuiente qui cum rege suo ad bellū hoc/ ex more exeūtes vt rege armis pugnāte ipsi orando pro eo pugnarēt: pempti sunt ab Anglis mile ducēti/ tantū quīquaginta p̄ fugā elapsis.

Clodesindis Metensis claret: quæ sponsum fugiens velamine capitis misso sibi a deo p̄ angelū/ se & sua deo delegauit.

4	25	29	24	55	3	616

Persę Syriam incursantes Damascū capiūt.

Edilbertus rex Cantuariorū obijt. Post quē Cabaldus filius eius: regnat ānis 22. Radualdus autē rex orietaliū Anglorū Edilberto mortuo illā sup Anglos regnādi potētiā q̄rtus accepit. vt sub nutu ei⁹ alij Anglorū reges regnarent. Edilfrido quoq; Nordanibrorū rege a Radualdo rege pempto/ Eduinus Nordanibrorū regnū suscepit. Refert autē historia Britonū q̄ Eduinus fuerit filius Edilfridi regis & coetaneus Caduallonis filij Caduā regis Britonū: & cū eo nutritus in minori Britānia apud regē Salomonē. Deinde mortuis parētibus vterq; iā adultus redierint/ pacēq; inter se aliquandiu habuerint. Postmodū pro regno discordia inter eos exorta pugnā inierint/ & Eduin⁹ quidē victor Caduallo autē in minorē Britāniā fugere cōpulsus fuerit. Hunni Longobardos in Italia debellāt: & forū Iulij proditione captū dissipāt. Sanctus Lupus Senonēsis ep̄s claret. cui aliquādo eucharistiā cōsecrāti: gēma a deo in calice descendit.

				Ealdbaldus		
[illegible]	26	30	25	1	4	617

A Persis Palestina bello pimit̄. Sācta quoq; ciuitas capit̄: in ea vsq; nonagita milia virorū pimūtur. Zacharias patriarcha captiuatur: crux ipsa dñica sancta asportatur. Inter fratres Theodericū & Theodebertū re-

Rhomañ.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Anni dñi.

ges īstinctu auiæ eorū Brunichildis: plusq̄ ciuile bellū oritur. pugnaq3 cōmissa: post inestimabilē stragē Theodebertus capitur.
¶ Per Ealdbaldum & filios Siberti ad ydolatriam Angli reuoluūtur. ¶ Agilulfo Longobardorū rege mortuo/ Adaloaldus filius eius regnauit annis 13.

Adaloaldus

Rhomañ.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Anni dñi.
6	27	31	1	2	5	618

Bonifacius pp.

¶ Bonifacius Rhomanę ecclesiæ 67: pręsidet. Hic decreuit vt nullus trahatur violenter de ecclesia. Hic cōstituit vt monachi in officio sacerdotalis gradus: vtantur potestate ligandi atq3 soluendi. ¶ Theodericus rex Francorū moritur. ¶ Ealdbaldus rex Anglorū: ydolatrię renūciat. ¶ Lotharius rex filius Theoderici regis in Bello captos occidit/ Brunichildē quoq3 reginā vno pede & brachio multatā ad caudā equæ indomitę religatā: mēbratim discerpi fecit. imputās ei q decē reges per eā fuissent extincti: & sic monarchia regni Francorū ad eum rediit.
¶ Ioannes elemosinarius obiit. ¶ Eleutherius patricius affectans Rhomanorū iperiū: Rhomę pimitur.
¶ Persæ Aegyptū incursantes: Alexandriā capiūt.
¶ Hoc tēpore terręmotus maior mense Augusto fuit: & sequuta est clades in populo. percussio scilicet scabierum/ ita vt nullus posset agnoscere mortuū suū.

Rhomañ.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Anni dñi.
[illegible]	28	[illegible]	2	3	6	619

¶ Persæ Libiā incursantes: Carthaginē capiūt. ¶ Lotharius rex tributū 12 miliū solidorū qđ Longobardi Francis soluerāt relaxat Longobardis ꝑpetuo sibi cōfœderatis. ¶ Laurentius secundus Anglorū eps obit.

Rhomañ.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Anni dñi.
8	29	33	3	4	7	620

¶ Cosdroe rex Persarū pacē cū Rhomanis facere nullo modo admittit. ¶ Anastasius Persa ex mago Christianus & monachus: a Persis captus post verbera/ vincula & carceres post diutinā appēsionē per vnā manū/ tandē abscisso capite: cū aliis 70 martyrizatur.
¶ Virgo Christi Fara: claret in Francia. cuius sanctitatē imitatus frater eius Faro: ex comite clericus/ & ex clerico factus Meldensiū eps: claret.

Rhomañ.	Persarū	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Añ. d.
9	30	34	4	5	8	621
	Sigebodus rex Vuisigothorū cōtra Rhōanos fortiter agit: prouinciā aliasq; ciuitates a Frācis extortas/ad Vuisigothorum ius redigit.					
10	31	35	5	6	9	622
Honorius pp.	Honorius Rhomanę ecclesię 68: pręsidet.					
	Sanctus Columbanus obit: discipulus eius Gallus in Alemānia claret.					
11	32	36	6	7	10	623
	Cosdroe successu elatus/in effusione hūani sanguis & maxime Christianorū: vltra modū grassatur.					
	Heraclius imperator Hunnis confœderatur.					
12	33	37	7	8	11	624
	Heraclius ad Persas debellādos proficiscens/ virilē dei figurā in manibus accipiēs /quā manus nō depinxerat: sed in yconia verbū quod oīa format atq; cōponit sine pictura formā velut sine semie partū eduxit: Persidē aggreditur/eāq; per sex cōtinuos ānos potēter depopulatur. Eustasius abbas Luxouiensis/ & Attila Bobiensis post Colūbanū clarent.					
	Mellitus tertius Anglorū epus: obijt					
13	34	38	8	9	12	625
	Pipinus filius Caroli magni maior dom⁹ regis Lotharij: principabatur. Pipino vero in disponēda re publica cōparabatur sanctus Arnulphus: filius Arnoldi filij Amberti ex Blitilde filia primi Lotharij regis.					
14	35	39	9	10	13	626
	Heraclius īperator: Persas leuib⁹ pręlijs frequēter fundit.					
15	36	40	10	11	14	627
	Florebāt ī Gallijs Austregisillus Bituricēsis eps/& sub eo Sulpicius/Chunibertus Coloniēsis/ & Ioānes Tungrensis. In Hispanijs Ysidorus Hispalēsis/tum sanctitate/tum doctrina clarebat.					
16	37	41	11	12	15	628
	Heraclius Persas graui bello cōtriuit. In quo ꝑtorē Persarū/oēsq; pene principes pemit: & Persidē ꝑuagatus/ mirāda Persarū palacia cōbussit & deiecit.					
	Lotharius rex filiū suū Dagobertū ī regno ascitū:					

Rhomanũ.	Perſarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuiſi.	Anni dñi.

Pipino & Arnulpho cõmittit ad regnandũ Auſtraſijs.

¶ Eduinus rex Nordanimbrorũ/a Paulino epõ baptizať:& poſt Radoaldũ potẽtius cęteris ſup Anglos principatur.

17	38	42	12	13	16	629

¶ Dagobertus irã pr̃is ſui Lotharij regis meritus/quia cõſiliariũ eius cęſum & detonſum dehoneſtauerat: Pariſius ad eccl̃iam ſancti Dionyſij cõfugit/& quia inde nullomõ extrahi potuit/locũ illũ ſemp cordi habuit.

¶ Syrohis cũ Perſarũ pricipibus cõtra patrẽ ſuũ Coſdroen inſurrexit:& pace cũ Heraclio ĩperatore cõfirmata/patrẽ ſuũ cũ filijs ipſius pemit & ãno vno regnauit.

18	1 Syrohis	43	13	14	17	630

¶ Heracli⁹ Perſide deuicta/& pace inter Rhomanos & Perſas cõfirmata: redit cũ gl̃ia. ¶ Syrohi rege mortuo: Adeſir regnauit ãno vno. ¶ Adaloaldo Lõgobardorũ rege mortuo: Rotharith regnauit poſt eũ ãnis 16.

¶ Erpualdus rex qui cum patre ſuo Rodoaldo a fide Chriſti apoſtatauerat, ſuaſu Eduini regis/ cũ gẽte ſua ydolatrię abrenũciat. ¶ Dagobert⁹ rex Saxonib⁹ bello cõcurrit/ cui pater Lothari⁹ rex accurrẽs auxilio/ iterfecto Berthoaldo duce Saxonũ: victoriã obtinuit. e t puagans oẽm Saxoniã/ nullũ oĩno Saxonũ menſurã gladij ſui excedentẽ dimiſit viuentẽ.

¶ Hoc tpe Arabũ ſiue Sarracenorũ priceps erat Muhãmad: qui pſeudo ppheta ex orphano & inope p hęreſis ſuę pſtigia ad regnũ pue ctus eſt. Hic de pgenie Hiſmaelis ortus: cũ eſſet paup & orphanus: ad quandã cognatã ſuã pdiuitẽ noie Chadigã/ primo vt mercẽnarius/ deinde vt ſponſus ſe cõiungens: per eã ditatus eſt. Quæ cũ egre ferret epilético/ id eſt caduco illũ morbo vexari: ille dicebat hoc non eſſe morbũ ſed viſionẽ archangeli Gabrielis ſe interim videre. & quia aſpectum eius ferre nõ poſſet; mente defecta cadere. Hic communicabat Chriſtianis & Iudæis: ex eorum ſcripturis ſuam pſeudo prophetiam in aliquibus confirmans. Hic dicebat quia hi qui inimicum occidunt / vel qui ab inimico occiduntur: paradiſum ingrediantur.

Rhomanorũ	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi

paradisum vero esse carnalis cibi & potus/ ibiqꝫ esse fluuiũ vini/ lactis & mellis & mixturã: fœminarũ nõ presentiũ sed aliarũ multo tẽpore futurã & affluentẽ voluptatẽ: & multa huiusmodi. Hic est Muhãmad: cui gentiles adhuc cultũ deitatis exhibent. Hic in regno Sarracenorũ quatuor ꝑtores statuit: qui Amirei vocabãtur. Ipe vero Ammiras dicebatur/ vel Prothosimbolus. ¶ Obijt sanctus Bauo.

	Sueiir		Rotharith.			
19	1	44	1	15	18	631

¶ Heraclius imperator deuicta Perside Zachariam patriarchã cũ captiuorũ populo Hierusalẽ reducit: & sanctã crucẽ dñi reportãs/ cũ regio scemate ornatus portã vellet intrare / per quã IHESVS ad crucẽ subeundã exiuit: porta diuinitus clausa est. eiqꝫ rursũ admonitu angeli humiliato & discalciato: porta vltro apta est. & ita cruce relata/ celebritatẽ exaltatiõis eius ãnuatim dedicauit. ¶ Apud Persas Hormisda regnat anno vno/ sub Sarracenis.

¶ Lothario mediano Francorũ rege mortuo: Dagobertus filius eius regnat annis quatuordecim.

	Hormisda	Dagobertus				
20	1	1	2	16	19	632

¶ Sarraceni qui hactenus fuerãt sub Persarũ regno: eos bello victos versauice sub suo redigũt dñio.

¶ Ab hinc pro rege Persarũ/ titulãdũ est regnũ Sarracenoꝝ.

¶ Terręmotus factus est per triginta dies: apparuit in cœlo signum in modũ gladij/ portendẽs iminentẽ Sarracenorũ pricipatũ.

¶ Adunallo rex Britonũ reuersus de miori Britãnia cũ multitudine militũ: cõmisit pręliũ cum Peanda rege Merciorũ. eumqꝫ deuictum cœpit & suæ ditioni subdidit/ subditũqꝫ duxit ad bellandũ cõtra Eduinum regẽ Nordanibrorũ. Quẽ etiã cũ supasset atqꝫ occidisset/ occupauit prouincias & depopulatus est: & multã cedẽ fecit in terra. ¶ Tunc etiã fides Christi in Anglia cõcussa est adeo vt multi Christianitatem suam desererent & ydolatriã repeterent.

¶ Rhomañ.	Sarracenorũ	Franc.	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.

¶ Muhammad Sarracenorũ Ammiras moritur: post
quē Ebubeher principatur annis tribus.

	Ebubeher					
21	1	2	3	17	20	633

¶ Seuerinus Rhomanæ ecclesiæ 69: pręsidet. Seuerin9. pp.
¶ Heraclius īperator incidēs in hęresim Monothe-
litarũ/id est vnā opationē ī Christo credētiũ: cōfũdit
ecclesiā & īperium. cōtra maliciam eius pugnante
pturbatione oīm rerũ. ¶ Inter Rhomanos & Sarra-
cenos bellũ īplacabile oritur: hac de causa. quia cũ
quidā spado īperatoris Heraclij distribueret rogas
militibus: cũ inter alios etiā Sarraceni sub īperatore
militātes ad accipiendā venirēt/ Spadone indignā-
ter eis dicēte: vix sufficit īperator dare militibus ro-
gas/ quāto magis canibus istis. Illi dolore & pudore
incitati/ totā Sarracenorũ gentē ab rebellandũ inci-
tant. Ammirei autē Sarracenorũ Rhomanos aggre
diũtur: & cũ multis tres Ammirei a Rhomanis pimũtur.
¶ Sigebertus infans filius Dagoberti/ a sancto Amā
do baptisatur: vbi tacētibus cunctis: ipse infans 40
dierũ amē respōdit. & Amādus Traiectēsis eps ordinatur.

22	2	3	4	18	21	634

¶ Rhomani & Sarraceni vario euētu cōfligunt.
¶ Successores Eduini regis ad ydolatriā reuoluti: mox
sunt a Ceduala rege pēpti. ¶ Dagobert9 rex: Sclauos bello deuicit.

23	3	4	5	19	22	635

¶ Ioānes Rhomanę ecclię 70. p̄sidet. ¶ Ebubeher Ammiras morit: Ioānes papa
postq̄ Haumar ānis 12 principat. ¶ Sarracenis Scyriā infe-
stātibus/ Heracli9 crucē sanctā dñi ab Hierusalē Cōstantino-
polim trāstulit. Hic dicit Beda in historia Anglorũ: q̄ Osu-
ualdus filius Edilfridi regis regno Nordanibrorũ post Edui
nũ suscepto/ Ceduallā siue Caduuallonē regē Britonũ peme
rit. & quia fidē Christi tenebat sup oēs Britānię reges emi-
nuerit: & quatuor linguarũ gētes/ scilicet Pictos/ Scotos/
Britōes & Anglos sub ditiōe accepit. Sed aliter se habet hi-
storia Britonũ. Refert enī q̄ Caduualdo iste rex Britonũ Osu
ualdũ regē & p̄liādo supatũ fugauerit: & post occisionē ipi9
Osuualdi diu regnauerit. sicq; cōpletis 48 ānis in pace oble-

Rhomanorum	Sarracen.	Francorum	Longobard.	Anglorum	Vuisi.	Anni domini

rit/ & a Britonibus in ymagie ænea ad mensurā corporis illius fusa/ positus fuerit. & eadē ymago super equū æneū erecta fuerit: atq; sup portā Lundoniarū ad deterrēdos Saxones/ cōstituta eccl'ia quoq; subtus ædificata. ¶ Aidam eps/ sancti Colūbani discipulus: a Scotia veniēs apud Anglos clarebat sanctitate & doctrina. ¶ Dagobert⁹ rex: Vuascones bello deuicit.

Haumar

24	1	5	6	20	23	636

¶ Heraclius [illegible] ¶ Theodorus Rhōanę eccl'ię 71: p̄sidet. ¶ Sarraceni capta Damasco: Phenicē & Aegyptum occupant.

25	2	6	7	21	24	637

¶ Florebāt in Frācia hoc tēpore tres fratres: Ado/ Rado/ Dado/ qui & Audoenus dictus est/ qui suā erga deum deuotionē ostenderunt: singuli singula cenobia fundando. ex quibus Dado fuit referēdarius Dagoberti regis. Referendarius autem dicebatur: ad quē publicę cōscriptiōes referebātur/ vt per eū anulo seu sigillo regis cōfirmarētur. ¶ Hos ad hoc aīarat Eligius aurifex: iādudū ī aula regis Lotharij clarus. qui etiā ex dono Dagoberti regis: Sollēniacū monasteriū cōstruxit. vbi sanctus Remaclus ex Aquitania veniēs: se in Christi tyrocinio sub eo exercendū dedit. Sanctus vero Dado qui et Audoenus/ intra Briegensem saltū cenobiū cōstruxit: quod Resbacis dicitur. in quo sanctū Agillū primū abbatē p̄fecit. ¶ Sancta aurea claruit: quā Eligius monasterio virginū a se Parisius cōstructo prefecit.

26	3	7	8	22	25	638

¶ Sarraceni Hierusalē biēnio obsessam: capiūt. ¶ Sanctus Amandus Tungrēsis epātu post habito/ verbi instat officio. sub hoc sanctus Laudoaldus floruit: qui filiū Apri viri illustris Lābertū/ post epm & martyrē futurū/ a puero imbuēs in viā dei induxit. ¶ Remaricus abbas & Goericus Metensiū eps/ clarent.

27	4	8	9	23	26	639

¶ Sarraceni Syriam occupant. ¶ Iudęi in Hispania Christiani efficiūtur. Sisebodus eni Gothorū rex gloriosissimus plurimas in Hispania prouincias Rhomanę militię sibi bellādo subiecit: & Iudęos in suo regno ad fidem Christi conuertit.

Rhomañ.	Sarraceñ.	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Añ. do
28	5	9	10	24	27	640

¶ Sarraceni Anthiochiam capiunt.

¶ Dagobertus rex Sigebertũ filiũ suũ Austrasijs regem mittit: sub tutela Pipini & Cuniberti epi.

¶ Sanctus Arnulfus ex maiore domus Metensiũ episcopus/ & ex episcopo solitarius: dormit in Christo. Clodulfus filius eius post Metensis episcopus: sanctitatem patris imitatur.

¶ Doda mater ipsius Clodulfi/ Treueris inclusa: Christo ancillatur. & Albado Anglorũ rege mortuo Carcombertus filius eius post eũ regnauit ãnis 25.

¶ Hic in Anglia primus ydola deorũ destruxit: & fidem Christi dilatauit/ & ieiuniũ quadragesimale in Anglia legaliter obseruari edixit.

29	6	10	11	1	28	641

¶ Sarraceni Persis iterum bello victis/ fugato rege eorum Hormisda totam Persidem sibi subiugant.

30	7	11	12	2	29	642

¶ Heraclius imperator moritur: Constantinus filius eius substituitur/ & quarto mẽse imperij sui a nouerca sua Martiana & Pirro patriarcha veneno extiguit. & Martiana cũ filio suo Heraclona ĩperiũ arripuit.

¶ Sisebodo Vuisigothorũ rege mortuo: Suitilan succedens regnauit annis duobus.

¶ Dagobertus Saxonibus contra Vuinidos sibi auxiliantibus/ annuũ quingentarum vaccarum tributum eis indulget.

Constans					Suitilan	
1	8	12	13	3	1	6[illegible]

¶ Heraclonas abscisso sibi naso/ & Martiana mater eius abscisa sibi lingua/ exiliantur. Et Constans qui & Constantinus dicitur/ filius Constantini: regnauit annis vigintiquinq;.

¶ Osuualdus rex Nordanibrorũ a Peanda Merciorũ rege pimit: cuius filius Osuuij regnat post eũ ãnis 27.

¶ Dagobertus Vuascones subigit.

¶ Iudacail rex Britonũ gratiã Dagoberti sibi redimit.

¶ Virgo Christi Reginulfa sanctitate claret ĩ Gallia

Rhoman.	Sarraceñ.	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	An. d.
Constas						
1	9	13	14	4	2	644

Haumar Ammiras tēplū sibi Hierusalē ædificat. Et quia nullomodo structura cōsistere poterat suggestiōe Iudęorū crucem desup montē oliueti tolli iperat: & sic structura tēpli stare potuit. In Hispanijs Suitilane ob crudelitatem suā a Vuisigothis reprobato: Sisenandus p auxiliū Dagoberti sublimatus in regnū/ regnat ānis 20.

					Sisenandus	
2	10	14	15	5	1	645

Dagobertus rex Francorū moritur: de quo p visionē cuidā reuelatū est ꝙ aīa eius ad iudiciū rapta sit/ & multis sanctis cōtra eā pro expoliatiōe suarū ecclesiarū reclamātibus: cū eā iam mali angeli vellēt ad pœnas inferni rapere interuentu sancti martyris Parisiēsis Dionysij: cui ipe maxime deuotus fuerat/ a pœnis liberata est. Clodoueus filius Dagoberti/ regnauit post eū ānis 17. Sigeberto fratre eius iam regnāte in Austria: huius Clodouci maior domus fuit Erchanoaldus.

		Clodoueus				
3	11	1	16	6	2	646

Sanctus Remaclus ordinatur Traiectensis episcopus.

Rodoaldus frater Ittę & auūculus sanctę Gertrudis archiepatū Treuerensem/ doctrina & sanctitate sua illustrat: soror quoqȝ ei9 Seuera abbatissa/ in vrbe eadē a fratris sanctitate nō degenerat.

Rotharith Longobardorū rege mortuo: Rodoaldus filius eius regnat ānis quinqȝ.

			Rodoaldus			
4	12	2	1	7	3	647

Pipinus maior domus morit̄: Grimoaldus filius eius in aula Sigeberti regis potēter principatur.

Persa quidā simulās se velle adorare Haumar Ammirā Sarracenorū: infixo in ventrē eius gladio/ peremit eū. cui Hothmen substitutus/ ānis decē pricipat̄.

	Hothmen					
5	1	3	2	8	4	648

Martinus pp. — Martinus Rhomanę ecclesię 72: pręsidet.

Rhomañ.	Sarrace.	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Añ.do

Sarraceni Africã occupant. Sigebertus rex Radulpho Turingorũ duci: bello concurrit.

Sanctus Furseus in Hibernia claruit: qui pegrinationẽ pro Christo aggressus/ ad Gallias vsq; puenit. & a Clodoueo rege honorifice susceptus: Latiniacũ cenobiũ fundauit. Quem nõ multo post fratres sui/ Foillanus/ & Vltanus pari pegrinãdi voto secuti: per Gallias claruerũt. ex quibus Foillan9 dono Gertrudis virginis/ Fossense monasteriũ postea fundauit. vbi etiã martyrio coronatus quiescit.

6	2	4	3	9	5	649

Eligius Nouiomi/ Audoenus qui & Dado Rothomagi/ clarẽt epi. & Philibertus de Herio insula / & Richarius Pontinẽsis/ & Geremarus Flauiacẽsis abbates: Angadrisma quoq; sacra virgo: secus Beluacũ/ Ansegisus etiã filius sancti Arnulphi/ clarebat: cui Begga soror Grimoaldi/ nupserat.

7	3	5	4	10	6	650

Itta relicta Pipini/ instinctu amandi se & sua deo deuouẽs: monasteriũ Niualẽse fũdauit/ eiq; filiã suã Gertrudẽ deo dignã virginẽ/ pręfecit.

Aubertus Cameracẽsis eps claret.

8	4	6	5	11	7	651

Rex Sigebertus de posteritate prolis desperãs/ duodecim monasteria hinc inde cõstruxit deo. In quibus Stabulaus & Malmudariũ eminebãt: coopante sibi ĩ his maiore domus Grimoaldo & Traiectẽsiũ epo Remaclo. Qui Remaclus nõ multo post ptesus sęculariũ tumultuũ ĩ ipo Stabulaus monachicę vitę assumpsit habitũ.

His diebus multi vtriusq; sexus in Gallijs claruerũt: qui ad testimoniũ sanctitatis suæ in ædificandis deo monasterijs operã suã ĩpenderũt. Ex his in nostra vicinia tunc florebat sanctus Landelinus confessor Christi/ qui & Morosus ab Auberto Cameracensi epo ex prędone ad Christũ retractus/ & a beato papa Martino ad prędicandũ ordinatus/ fundator cenobiorũ Lobiẽsis Alnei/ Vuaslaris/ atq; Crispiniẽsis/ vbi corpore requiescit cũ discipl'is suis Adoleno

Rhomanõ.	Sarrace.	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vulsi.	Anni

& Domitiano. Gislenus Cellensis/ Madelgarius dux qui & Vicentius Altimontẽsis & Sonegẽsis/ eiusq; cõiũx Vualdetrudis Castrilocẽsis/ sororq; Vualdetrudis Aldegũdis Melbodiẽsis: & Trudo etiã Hasbaniensis in tironẽ Christi adolescebat. Preter hos & alij multi de Anglia vel Scotia in Gallijs pegrinãtes: verbũ dei seminabãt/ multũq; fructũ deo faciebant/ scilicet Etto/ Bertuinus/ Eloquius. Cenobiũ Floriacense a Leodeboldo abbate fũdat̃: & nõ multo post corpus sã̃cti Bñdicti abbatis ab Agilulfo monacho a castro Cassino delatũ/ illuc trãsportatur. Corpus vero sororis eius sanctæ Scolasticæ: Cynoniãnis transfertur. Rodoaldo Longobardorũ rege pempto: Ariperth regnat annis nouem.

			Ariperth			
	5	7	1	12	8	652

Constantinus iperator a Paulo Cõstantinopolitano deceptus: exposuit typũ cõtra fidẽ catholicã. nec vnã nec duas volũtates aut opationes in Christo diffiniẽs esse cõfitendas: quasi nichil velle vel opari credẽdus sit Christus. Ob hoc Martinus papa cõgregata Rhomę 105 epõrũ synodo/ anathematizauit hęreticos epõs Cyrũ/ Sergiũ/ Pirrhũ/ Paulũ quoq; p̃sentis psecutionis incentorẽ eccl̃iam opta & occulta infestatiõe vexantẽ. Sigebertus rex Hildebertũ filiũ Grimoaldi maioris domus/ adoptat in filiũ & in regnum.

10	6	8	2	13	9	653

Constantinus iperator misso Exarcho ad Italiã: ipugnat dei ecclesiã. Iudocus regis Britonũ fili9 spreto regno & mũdo pegrinus & hęremita in pago Pontiuo requieuit in Christo.

11	7	9	3	14	10	654

Ignis de celo cecidit: & timor magnus sup hoies venit/ pestilẽtiaq; grauissima trib9 æstiuis mẽsibus grassata est: cũctis visibiliter apparente bonũ & malũ angelũ noctu ciuitatẽ circuire. & quotiẽs iussu boni angeli malus angelus venabulo quod manu ferre videbatur: ostium cuiusq; domus pcussisset/ tot ex eadem domo sequenti die interibant.

Rhomañ.	Sarrace.	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vulsi.	Añ. do

Hoc tēpore sanctus Foillanus Fossensis martyrizatur.

[illegible]	8	[illegible]	4	15	11	655

Sarraceni capta Rhodo famosum eius Colossū euerterūt: ex cuius ęre nōgenti cameli onerati sunt.

13	9	11	5	16	12	656

Cōstātin⁹ iperator Sarracenis nauali pugna cōgressus: ignominiose vicitur. Sigebertus rex Austrasiorū moritur: Dagoberto filio suo admodū paruulo fidei Grimoaldi cōmendato/ vt in regnū eius auxilio promoueatur.

Osuuij rex Nordanibrorum facto deo cœli voto: Pēdę Merciorū regi cōcurrit/ cū exercitu nō multo. & iter nimiā Merciorū stragē/ ipm regē Pēdā pimit: gentēq; Merciorū ad Christū cōuerti fecit/ Pictosq; regno Anglorū subdidit.

14	10	12	6	17	13	[illegible]

Olimpius Exarchus ad regendā Italiā ab iperatore Cōstātino missus: & Martinū papā occidere iussus/ cū aliter nō posset/ tractauit vt iter missarū solēnia cū sibi ipse papa sanctā cōmunionē porrigeret: illum spatarius suus pimeret. sed spatarius hora sanctæ cōmuniōis papā nullo modo videre potuit. Exarchus vero paulopost in Sicilia a Sarracenis turpiter victus: turpi⁹ periit. Grimoaldus maior domus/ dño suo Dagoberto Sigeberti filio attonso per Didonē Pictauēsem epm in Scotiā directo: Hildebertū filiū suū facit Austrasiorū regē.

Hothmen Ammira Sarracenorū pempto: Muhamas ex Ammireo Ammiras factus principatur annis 25.

[illegible]	1	13	7	18	14	6[illegible]

Franci dolētes sup infidelitate Grimoaldi cōtra filiū Sigeberti/ captū eū p̄sentāt Parisi⁹ iudicio Clodouei: quē Clodoueus viculatū amara in carcere fecit morte cōsumi: filiūq; suū iuniorē Hildericū regē fecit Austrasiorū.

Obiit Itta mater sanctæ Gertrudis. Theodardo epo martyrizato: sctūs Lābertus filius Apri comitis/ epatū Traiectēsē illustrat glia nobilitatis & gra sctitatis.

Atrebatis dū corpus sancti Vedasti transfertur ab Auberto epo: psentibus Lamberto Tūgrensi/ & Au-

Rhomañ.	Sarrace.	Francorū	Longobard.	Anglorū	Vuisi.	Añ. d.

domaro Teruanēsi/aliisq; sanctis epis & abbatibus: Audomarus qui prę senio cęcus erat/dū p̄cib⁹ p̄sentiū eporū & meritis sancti Vedasti illuminatus esset: egre ferēs se liberatū esse a cęcitate quam pro salute sua sibi a deo imissā esse gaudebat/rursus ad votū suū excęcat⁹ est.

16	2	14	8	16	15	659

¶ Martino papa pro cōfessione fidei iussu Cōstantini exiliato ibiq; defuncto: Eugeni⁹ 73/Rhomanę eccl'ię p̄sidet. — Eugeni⁹.pp.

¶ Constantinus Sclauiam sibi subigit.

17	3	15	9	20	16	660

¶ Muhamas Sarracenorū Ammiras cū Cōstātino iperatore firmat pactū: vt Sarraceni Rhomanis soluāt tributū scilicet per singulos dies nūmismata mille/& seruū & equū. ¶ Clodoueus rex/corpus sācti Dionysii Parisiēsis discooperiēs/minus religiose licet cupide: os brachii eius fregit/et rapuit: moxq; in amētiā ppetuā incidit. ¶ Ariperth Longobardorū rege defuncto/Godebert⁹ & Bertarith filii eius ānū agūt: nō tā in regno cōponēdo q̄ de regno cōtendēdo.

Godebertus et Bertarith

18	4	16	1	21	17	661

¶ Vitalianus 74: Rhomanę ecclesiæ pręsidet. — Vitalian⁹.pp.

¶ Obiit sanctus Amandus Elnonensis. ¶ Cōstantinus iperator/Theodosiū fratrē suū occidit. ¶ Grimoaldus dux Taurinaciū Godebertū filiū Ariperth regis Lōgobardorum dolo perimit & eius regnū arripit / sororēq; Godeberti vxorē ducit: regnauitq; nouē ānis. ¶ Sanctus Niuardus Remēsis archiep̄us/& Reolus successor eius/Berchariꝰ quoq; martyr qui fuit abbas primus Autiuillarēsiū. Sancta etiā Bertha martyr & abbatissa/sanctitate clarent in Gallia.

19	5	17	2	22	18	662

¶ Cōstantinus iperator Italiā petit: multasq; Longobardoꝝ vrbes capit. Beneuētū obsidet: ibiq; Grimoaldus rex exercitum eius grauiter atterit. ¶ Clodoueus rex Francorū obit: & Lotharius filius eius succedit/& quatuor annis regnat. Huius maior domus post Erchanoaldū/fuit Ebroinus.

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.

Abhinc Francorũ regibus a solita fortitudine & scientia degenerantibus: regni potentia disponebatur per maiores domus/regibus solo noie regnantibus. quibus moris erat principari quidẽ secundũ genus/& nil agere vel disponere q̃ irrationabiliter edere & bibere: domiq; morari/ & calẽdis Maij p̄sidere corã tota gẽte: & salutare/& salutari. obsequia & dona accipere/& rependere: & sic secum vsq; ad alium Maiũ pmanere. Baltildis regina mater Lotharij: Corbeiæ & Calæ monasteria deo cõstruxit.

Lotharius

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.
20	6	1	3	23	19	663

Constantinus iperator imperiũ in vrbẽ Rhomã transferre nititur: sed a Constantinopolitanis ei resistitur.

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.
21	7	2	4	24	20	664

Constantinus iperator Rhomã venit: de qua oibus pene quæ ad ornatũ vrbis erãt ablatis/ad Siciliã vadit.

In Anglia inter Anglos & Scotos magna de obseruatione pasche fit disceptatio: mediãte Osuuij rege glorioso/qui etiã assensit anglis pascha celebrantibus more Rhomano.

Obijt sancta Gertrudis Niuellensis.

Sisenando Vuisigothorum rege mortuo: regnat Chuitilan annis sedecim.

Chuitilan

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.
22	8	3	5	25	1	665

Obijt sanctus Eligius Nouiomensis epus.

Carcõbertus rex Anglorũ obit: & filius ei9 Egbertus regnat post eũ ãnis octo.

Egbertus

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.
23	9	4	6	1	2	666

Lotharius rex Frãcorum moritur: & Theodericus frater eius ab Ebroino maiore domus in regnũ sublimat.

Theodericus

Rhomanõ.	Persarũ	Francorũ	Longobard.	Anglorũ	Vuisi.	Anni dñi.
24	10	1	7	2	3	667

Theodericus rex ,ppter insolentiã Ebroini a Francis repudiatur & Frater eius Hildericus qui ĩ Austria regnabat a cunctis ad regnandũ euocatur. Porro Theodericus & Ebroinus tonsorãtur & Theodericus Parisi9 in cenobio sancti Dionisij/Ebroinus in Luxouio re=

Rhomanõ. | Persarũ | Francorũ | Longobard. | Anglorũ | Vuisi. | Anni

legantur/ Hilderici maior domus erat Vulfradus.
Hic in prochia Virdunẽsi sup Mosam cenobiũ sancti
Michaelis archangeli fundauit.

Hildericus

25 | 11 | 1 | 8 | 3 | 4 | 668

Theodorus Archieps & Adrianus abbas/a Vitaliano pa=
pa:in Angliam dirigũtur.

26 | 12 | 2 | 9 | 4 | 5 | 669

Constantinus iperator qui & Cõstans oibus suis exosus:
Syracusis a suis in balneo est occisus.
Cõstantis filius Cõstantinus/ post patrẽ iperat ãnis 17.
Constantinus | Mirius quidã i Sicilia tyrãnidẽ meditatus: mox extiguit.

1 | 13 | 3 | 10 | 5 | 6 | 670

Adeodatus pp. | Adeodatus 75:Romanę ecclesię pręsidet.
Osuui Nordanĩbrorũ rege defuncto: Egfridus filius
eius regnat ãnis 15. Grimoaldus rex Longobar=
dorũ cũ nono die post flebotomũ accepto arcu colũbã pcu=
tere nisus esset: vena brachij eius dirupta est/et supponẽti=
bus ei medicis venenata medicamina : defunctus est. At
Pertharith filius Ariperth regis/ diuinitus a pegrinatiõe re=
uocatus & a Lõgobardis in regno relocatus: regnat annis
decem & septem. Hoc tempore claruit sanctus Preiectus
Auernẽsis ciuis & eps:qui etiã martyrizatus est ab ipius vr=
bis primoribus in vltionẽ Hectoris Massiliensiũ patricij ab
Hilderico Frãcorũ rege perẽpti/ ppter iniustitias Auernẽsi ec=
clesiæ ab eo illatas. In territorio Cameracensi virgo dei
Maxelendis pro voto virginitatis Harduinũ amatorẽ suũ
fugiens:ab eo martyrizatur. Qui mox excęcatus:post trien=
nium ab ea illuminatur.

¶ Bellũ apud Tenechebray inter Henricũ regẽ An glorũ & fratrẽ ei9 Robertũ comitẽ Normãnorũ. vbi rex Henricus victoriã adeptus: pene oẽs principes Normãniæ/aut occidit aut cœpit:& sic Normanniã obtinuit. ¶ Albericus abbas Cistercij supnæ voca= tionis brauiũ ad quod ibidẽ per nouẽ ãnos nõ in va cuũ cucurrit decimo apprehendit. Cui successit dñs Stephanus homo natione Anglicus/religionis/pau pertatis/disciplineq; regularis ardentissim9 amator fidelissimus emulator/in huius vere diebus verũ esse patuit quod scriptũ est. Oculi dñi sup iustos:& aures eius ad preces eorũ. Nã pusillus grex hoc solũ plan= geret quod pusillus esset hoc solũ inq̃ metuerẽt & me= tuerẽt vsq; ad desperationẽ pene Christi paupes sue se non posse relinquere paupertatis hęredes. vicini= quippe hoibus vitæ quidẽ in eis honorantibus san= ctitatẽ/sed abhorrẽtibus austeritatẽ & ita resiliẽtibus ab eorũ imitatione quibus appropinquabãt deuo= tione deus cui facile est de exiguis magna de pau cis facere multa multorũ p̃ter spem ad ipsorũ imi= tationẽ excitauit corda: ita vt in cella ꝓbandi noui= tiorũ tã clerici q̃ laici & ipsi secundũ sęculũ nobiles atq; potẽtes 30 pariter cohabitarẽt. Ex qua cœlica vi sitatione tã subita tam lęta/ lętari nõ imerito iã tandẽ cœpit sterilis quæ nõ pariebat: quoniã multi facti sunt filij desertę. Nec cessauit ei deus in dies multiplicare gentẽ magnificare lęticiã: donec tam suis q̃ de filijs filiorũ suorũ viginti infra annos circiter duodecim de solis patribus monasteriorũ tanq̃ nouella oliua= rũ i circuitu mẽsę suę lata mat̃ cõspiceret. Nõ eni ar= bitrata est icõgruũ si scti pris Bñdicti cui9 ãplectebat̃

instituta: imitaretur & exēpla. Porro a principio cū nouos in ramos nouella cepisset pullulare plantatio: venerabilis pater Stephan9 sagacitate peruigili mirę prouiderat discretiōis scriptū tanq̄ putationis ferramentū ad p̄cidendos videlicet scismatū surculos quicūq; succrescētes mutuæ pacis exorturū p̄focare poterāt fructū. Vnde & scriptū illud cartā charitatis cōpetēt voluit noīari: q2 ea tātū q̄ sūt charitatis tota eius series redoleat. Ita vt pene nil aliud vbiq; sui p̄sequi videatur q̄ nemini quicq̄ debeatis nisi inuicē diligatis. Quę quidē carta sicut ab eodē patre digesta/ & a p̄fatis 20 abbatibus cōfirmata/sigilli quoq; apostolici auctoritate munita est/largius cōtinet ea q̄ diximus: sed nos sūmā tantū eorū hic breuiter perstrigemus. Abbas Cistercij & fratres eius nō imemores sponsionis suæ regulā beati Benedicti in loco illo ordinare & vnanimiter statuerūt tenere/reiicientes a se quicquid regulę refragabatur foricos videlicet & pelliceas estamina caputia quoq; & femoralia pectinia & cooptoria stramina lectorū ac diuersa ciborū in refectorio fercula sagimē etiā & cętera oīa quę puritati regulę aduersabātur. Sicq; rectitudinē regulę supra cunctū vitæ suæ tenorē ducētes: tā in ecclesiasticis q̄ in cęteris obseruationibus regulæ vestigijs sunt adęquati seu cōformati. Exuti ergo veterē hominē: nouū se induisse gaudebāt. Et quia nec ī regula nec in vita sancti Benedicti eundē doctorē legebāt possedisse ecclesias/vel altaria/seu oblationes & sepulturas/vel decimas aliorū hoīm/seu furnos/molendina/aut villas/vel ruticos/nec etiā feminas monasteriū eius intrasse/nec mortuos ibidē excepta sorore sua sepelisse. Ideo hęc oīa abdicauerunt dicentes. Vbi beatus pater Bn̄dictus docet: vt monachus a sęcularibus actibus se faciat alienū ibi liquido testatur: hoc nō debere versari in actibus vel cordibus monachorū/qui noīs sui ethimologiā hęc fugiēdo sectari debent. Decimas quoq; aiebant a sanctis patribus qui organa erant sp̄us sancti: quorūq; statuta

Rhōa.	Frāc.	Anglorū		Hierosolymorū	Anni

transgredi sacrilegiū est) cōmitiere in quatuor partitiones distributas: vnā scilicet epō/ alterā p̄sbytero/ tertiā hospitibus/ ad illā eccl'iam veniētibus/ seu viduis & orphanis/ siue paupibus aliūde victū nō habētibus/ quartā restaurationē eccl'iæ. Et quia in hoc cōpoto psonā monachi qui terras suas possidet vnde & per se & p pecora sua laborādo viuat/ nō reperiebant: idcirco hęc veluti aliorū ius iiuste sibi vsurpare detrectabāt. Ecce huius sęculi diuitijs spretis ceperūt noui milites Christi cū paupere Christo pauperes inter se tractare: quo ingenio quoue artificio seu quo exercitio in hac vita se hospites & paupes supueniētes quos vt Christū suscipere p̄cipit regula sustentarēt. Tuncq; definierūt se cōuersos laicos barbatos licētia epi sui suscepturos: eosq; in vita & morte excepto monachatu, vt semetipos tracturos & homines etiā mercennarios quia sine aminiculo istorū nō intelligebāt se plenarie/ die nocteq; p̄cepta regulę posse seruare: suscepturos quoq; terras ab habitatione hoīm remotas & vineas & prata & siluas aquasq; ad faciendos molēdinos ad pprios tamē vsus & ad piscationē & equos pecoraq; diuersa necessitati hominū vtilia ad exercēdas agriculturas instituissent/ decreuerūt vt p̄dicti cōuersi domos illas regerēt: nō monachi/ quia habitatio monachorū scd̄m regulā debet esse in claustro ipsorū. Quia etiā beatū Benedictū nō in ciuitatibus nec in castellis aut in villis: sed in locis a frequētia populi semotis/ cœnobia cōstruxisse sancti viri illi sciebāt: idē se emulari pmittebāt. Et sicut ille per duodenos monachos/ monasteria cōstructa adiuncto patre disponebat: sic se facturos cōfirmabant

Rhōa.	Frāc.	Anglorū		Hierosolymorū	Anni
2	43	8	¶ Henricus īperator cōtra Robertū Flandrēsiū comitē vadit: & pacto pacis magis vtrinq; simulato q̄ cōposito pene inefficax redit. ¶ Baiamūdus dux Apuliæ cōtracto vndecūq; exercitu accingitur ad inuadendum Constantinopolitanum imperium.	8	1108

Rhom. | Fráco. | Anglorū | Hierosolymorū. | Añ. dñi

3 | 49 | 9 | ¶ In parrochia Legiēsi porca enixa | 9 | 1109
est porcellū habentē faciē hominis.
¶ Natus est etiā pullus gallinę quadrupes.
¶ Impator Hēricus cōtra Hūgaros vadit: sed facto pacto redit.
¶ Philippus rex Frācorū obit: Ludouicus filius eius
post eū regnat ānis 28. ¶ Obit etiā Anselmus archi
eps Cātuarię qui nōnulla opuscl'a scripsit vtilia: sicut
descriptio vitę eius cōmemorat. ¶ Obit etiā Hugo
vir sanctus abbas Cluniacēsis: cui succedit Pontius.
¶ Hoc āno sacro igne multi accēdūtur: mēbris istar
Ludouic⁹ carbonū nigrescentibus.

4 | 1 | 10 | ¶ In mēse Iulio cometes appuit/ra= | 10 | 1110
dios dirigēs ad austrū: multis cōiicié
tibus hoc signo portēdi futurā regis Hērici quiti ex
peditionē Italiā versus. ¶ Sanctus Guibert⁹ funda=
tor Gemelacēsis cęnobij quē deus multis miraculis
per ānos duodeci clarificauerat: assensu generalis sy
nodi ab Oberto Legiēsi epo eleuatur cū mirabili cō
cursu & gaudio populorum. Balduin⁹

5 | 2 | 11 | ¶ Henricus rex Rhomā vadit ꝑpter | 1 | 1111
sedandā discordiā q̄ erat iter regnū
& sacerdotiū: q̄ cepta a papa Gregorio septimo qui & Hil=
debrān⁹ noiat⁹ est/& exagitata a successorib⁹ eius: Victore
& Vrbano & prę oibus a Paschali magno scādalo erat toti
mūdo. Rex autē vti nolēs auctoritate & cōsuetudine & au=
ctoralibus priuilegijs ipatorū: quia Carolo magno qui post
de regib⁹ Frācorū ipauit Rhoānis/iāq꜄ p trecētos & eo am
plius ānos ipauerāt sub 63 apl'icis dabat licite epatus & ab=
batias/& p anulū & p virgā. Cōtra hāc maiorū auctoritatē censebāt
papę synodali iudicio nō posse nec debere dari p virgā/vel p anulū
epatū aut aliquā eccl'iasticā iuestiturā a laicali manu : & quicūq꜄ ita
epatū aut aliā eccl'iastici iuris iuestiturā accipiebāt/excōicabāt. ppt
hāc ꝑcipue causā rex Rhomā tēdebat: & si qui Lōgobardorū quo=
quo modo ei resistere volebāt/potēter eos ꝑterebat. ¶ In recōsilia=
tiōe aūt q̄ facta est iter iperatorē & papā/nā ipm papā cū epis & car
dinalibus cepat die paschę Hērico in iperatorē coro=
nato post lectū euangeliū tradidit ei papa ante alta
re apostolorum Petri & Pauli in oculis omniū prin=

Rhōa. | Frāco. | Anglorũ | Hierosolymorũ. | Ãni dñi.

cipũ priuilegiũ de inuestitura ep̄atuũ vel abbatiarũ tam p anulũ q̃ p virgã: scilicet vt regni eius ep̄is vel abbatibus libere p̄ter violentiã & symoniã electis i=uestiturã virgę & anuli cõferat post iuestitionē vero canonicę cõsecrationē accipiat ab ep̄o ad quē ptinuerit.

Cõfirmatio pacis inter apostolicum & iperatorem dum in celebratione missæ traderet ei corpus & sanguinem dñi nostri IHESV Christi / dñe iperator hoc corpus dñi natũ ex Maria virgine / passum in cruce pro no=bis: sicut sancta & apostolica tenet ecclesia / damus tibi in cõfirmationē verę pacis inter me & te. Datũ est idibus Aprilis indictione quarta.

6 | 3 | 12 | Deo peccatis hoim offenso | multa | 2 | 1112

eueniũt hoc anno. In monte Castriloco ecc̄lia sanctæ Vualdetrudis cũ toto pene oppido arsit.

Ecclesia sancti Michaelis de periculo maris fulgurata: diuinitus arsit cũ ædificijs appēdētibus sibi.

Vualdricus ep̄us Laudunēsis ciues ipsius vrbis a sacramēto perperã iurante cõitatis reuocare nisus a seditiosis ad arma cõcurrentibus quod dictu nephas est gladio cõfossus interijt: feria quĩta ebdomadę pascalis septimo calendas Maij in letania maiore. Tu=multuãte etiã impetu cõfusę multitudinis domus ep̄i succenditur. Vnde etiã ip̄a mater ecclesia sanctę Mariæ & ecclesia sancti Ioãnis baptistæ in abbatia mo=nialiũ cũ alijs ecclesijs oibus ex vicino appendētib9 cõcremãtur. in auctores seditionis a rege Francorũ tam seuere est vindicatũ: vt tam pręsentes q̃ futuros a simili scelere deterrere possit exēplũ. Sed & anteq̃ ista gererētur violata fuerat eadē ecclesia sanctę dei genitricis ꝓditione & homicidio cuiusdē nobilissimi militis noie Gerardi qui erat dñs castri quod vocat̃ Charisiacus quē in oratione positũ ante sacrã Chri=sti imaginē hoies ipsius ep̄i facta cõiuratione occi=derũt. Ante hos dies natus ibidē fuerat puer geminus a clune duo superius scilicet habens capita: duo vsq; ad renes cũ suis brachijs habēs corpa. Qui baptizatus: triduo quoq; vixit.

Rhom.	Franc.	Anglorū		Hierosolymorū	An. dñi
7	4	13	¶ Sigebertus Gemblacēsis monachus descriptor pręcedentiu in hoc libro temporū obijt cui nos ista q̄ sequū- tur fideli narratione subiecimus.	3	1113
			¶ Vualdrico Laudunēsi a suæ vrbis ciuib9 nequiter perēpto/ Hugo Aurelianēsis ecclesię decanus substi- tuit. Quo post 7 mēses mortuo/ vir illustris Bartho- lomeus ad epatū Laudūciæ ciuitatis ꝓuehitur. Cu- ius industria & epalis ecclesia q̄ incēsa fuerat in bre- ui reparata/ iterū cōsecratur: & ciuitatis ac ꝓuincię desolatione subleuata/ in multis locis in quib9 antea nunq̄ fuerat religionis feruor & dei cultus fundatur & inde in multas ac remotas etiā transmarinas re- giones propagatur. ¶ Incipit ordo Cisterciensis.		
			¶ Bernardus iuuenis egregius/ scientia moribus & genere clarus vir/ postmodū magne virtutis exēplar futurus/ Castellione castro Burgūdię oriūdus/ cū ger manis fratribus/ & alijs comitibus multis Cistercij habitu religionis induit: & miro religiositatis feruo- re cōuersat. ¶ In pago Bracatēsi circa Tornacū nix tanta cecidit nono calēdas Maij: vt etiā siluas fregerit.		
			¶ Balduinus rex Hierusalē cū Rogero comite Anthiochię cōtra Turcos vadit: sed Rogero cū exercitu suo iuxta quēdā fluuiū residēte/ rex cū suis ꝓcessit vt aduētū Turcorū explo- raret. Turci vero montē quēdā occupātes/ isidias p quatuor loca collocauerāt: singulis insidijs quatuor milibus equitū deputatis. A quib9 rex ex inspato vndiq; interceptus/ mille quingentis suorū interfectis miserabili fuga est liberatus. Ascalonitę cognoscētes abesse regē Balduinū cū graui mul titudie Hierusalē assiliūt: sed nō pualētes/ iefficaces redeūt.		
			¶ Turci cęnobiū in monte Thabor situm funditus euertūt: monachos interficiūt/ & oīa sibi diripiūt. ¶ Rex Hierusa- lem Balduinus vxorē duxit relictā Rogeri ducis Siciliæ.		
			¶ Apud Rauēnā & Parmā ciuitates Italię/ in agris & intra mœnia sanguis pluit Iunio mense.		
8	5	14	¶ In ciuitate Beluacēsi a canonicę se- dis apostolicę legato/ cōsiliū celebra- tur. hic est Cono vn9 ex illis religio-	4	1114

Rhõa.	Frãco.	Anglorum		Hierosolymorũ	Añ. dñi
			sis qui eremiticã vitã apud trũcũ Berenger/ primo		
			duxerũt:& Arroasiã ordinis auctores extiterũt/ qui		
			ordo vsq; hodie floret & crescit. ¶ Hẽricus ĩperator		
			cũ magna optimatũ suorũ & toti9 regni gloria/ na-		
			tale dñi celebrat Magũtię: ibiq; vxorẽ ducit Matildã		
			filiã regis Anglorũ. ¶ Post Iuonẽ qui vita atq; do-		
			ctrina sua Carnotensẽ ecclĩam illustrauit: quiq; inter		
			cętera opa sua illud volumẽ qđ decreta Iuonis dicũt		
			vtiliter cõpilauit/ Gaufridus vitę merito ac prudẽtia		
			venerabilis/ Carnotẽsem ecclĩam rexit. ¶ In Remẽsi		
			quoq; metropoli post Manassẽ illustrẽ virũ/ exturba-		
			to iuasore Geruasio/ Radulphus successit: qui Viridis		
			cognomen habuit.		
9	6	15	¶ Lãbertus bonę memorię Atrebatẽ-	5	1115
			sis eps obijt: A tpe scti Vedasti vsq;		
			ad istũ/ Atrebatensis ecclĩa pprio viduata psule/ Ca-		
			meracẽsi epo erat subiecta. ¶ Robert9 succedit i epa		
			tu Lãberto. ¶ Clareuallis fũdat. ¶ Idibus Nouẽbris		
			in suburbio Anthiochiæ/ noctu terra dehiscens/ tres		
			multas & adiacẽtes domos cũ habitatoribus absor		
			buit.		
10	7	16	¶ Hoc tpe Nobertus loci & ordinis	6	1116
			Premonstratẽsis fundator/ de ptibus		
			Lotharigię oriũdus/ genere diuitijs atq; fœcundia		
			ipsis etiã sũmis principib9 familiaris atq; notissimus		
			diuino feruore succẽsus/ postposita sęculi põpa repẽ-		
			tes ad votũ suũ diaconus & psbyter simul ordiatus		
			pauptatis Christi tunicã induit/ & verbo pdicatiõis		
			feruentissime instãs/ baiulans sibi crucẽ nudũ nudus		
			Christũ sequitur. Quorũdã etiã religiosorũ moribus		
			exploratis/ arctioris vię ppositũ & tũc tpis inauditã		
			districtionẽ arripit: & p aliquãtũ tpis nudis ĩcedẽs pe		
			dibus etiã brumali rigore/ verbũ dei spargẽs multos		
			ab errore conuertit.		
11	8	17	¶ Anselmus Laudunicę ciuitatis ma	7	1117
			gister noiatissim9/ litterarũ sciẽtia cla		
			rus/ vir morũ honestate & cõsilij maturitate venera		
			bilis/ obijt: qui vtili studio inter cętera opa in psalte-		

Rhōa.	Frāco.	Anglorū		Hierosolymorū.	Añ. dñi
			ria glosas margiales atq̧ īterliniares ordiauit.		
12	9	18	¶ Mense Ianuario tertio nonas ipius feria quarta in aliquib9 locis sed nō vsq̧q̄q̧ terręmotus accidit: alias clementior/ alias validior/ adeo vt quarūdā vrbiū ptes cū ecclijs subruisse dicātur. ¶ Mosa etiā fluui9 iuxta abbatiā q̄ dicit Sustula/ q̄si pendēs in aere fundū suū visus est deseruisse. ¶ Hoc ergo āno Leodiū ciuitas multis plagis attrita est: mense eni Maio quīto nonas eiusdē/ dū ī maiori ecclesia vespos celebrāt: subito tonitrus cū terręmotu oēs ad terrā strauit/ & fulmē a leua tēpli igressū nō modicas crustas de muro hac illac disiecit: deīde turri ingrediēs/ multas trabiū ptes diffidit. Subsecutus fœtor itolerabilis: adeo vt multo aromatū odore vix potuerit expelli. ¶ Itē Iunio mēse 7 idus ipi9 mensis circa horā nonā/ nubes pluuię subito rupta a mōte q̄ dicit Roberti subiectā sibi ptē ciuitatis penit9 oppressā pessūdedit: adeo vt multas domos dirueret/ & imensā annonā pderet/ & matrē duos ifantes altrisecus in brachijs āplexā necaret/ & alios octo homines diuersis in locis opprimeret. ¶ Pulsantib9 vesperis sabbato quidē dū caput lauat puero man9 rubent sanguie fluido. ¶ A calēdis etiā Iulij circa horā sextā turbo nimis vehemēs & obscur9 ciuitatē opuit & nubes ex abrupto scissa/ ita oē tectū maioris ecclesię deuicit: vt & ibribus pateret/ & totū pauimentū pfunderet. Illico a pte Aquilonis fulmē ingrediens/ quēdā clericū retro altare sanctorū Cosme & Damiani i pulpito legētē/ & alterū ante crucifixū orātē tertiū de scriptorio ecclesię pximo egredientē in ipo ecclesiæ ingressu extixit/ ante fores quoq̧ ecclesię quēdam laicum extinxit sexto idus Iulij ab hora tertia vsq̧ nonā 4. turbies a 4. plagis cœli vrbē circulauerunt/ ventus etiā magna vi intonuit in vrbē multo imbre alluit. ¶ Tertio nonas Augusti prio noctis cōticinio quaq̧ terrarū cū tonitrus audiret/ & fulgura sępius micarēt: i vrbē Leodiū āpli9 ipe turbo descuit. ita vt hoīes e stratis exiliētes ecclias tristi cętu cōplerēt:	8	1118

& tota nocte supplicatiõibus intenderet. Sũmo vero auroręque diluculo a parte orientis/ignis cũ ingenti flãma circulauit tantus: vt oẽs diuinitus cremari extimuerũt. Post hoc magnus turbo erũpens ab occidẽte ipm ignẽ visus est aliquantulũ obscurasse: iterum autẽ quasi victor ignis cũ flãma recaluit/& iterum turbine reuertente paululũ delituit. Tertio etiã ipse ignis recaluit: & tertio nichilominus turbine victus cecidit. hoc spectaculũ a summo mane vsq; ad horã tertiã vehementer terruit.

¶ Monstrũ quoddã Nãmuti natũ est: cui par nunq̃ vel raro visum est videlicet biceps infantulus. Qui hoc vidit testis est populus: hic tã sexu duplex q̃ cęteris simplex erat cõpage corporis. Tertio idus Decẽbris ad mediã noctẽ lucentibus stellis/cœlo sereno 14 luna eclipsim passa est: & contracto orbe multis coloribus sed maxime sanguineo pene ĩtegra hora suffusa est.

¶ Tertiodecimo calẽdas Ianuarij prima hora noctis/igneę acies a Septẽtrione in orientẽ in cœlo apparuerũt: deinde per totũ cœlũ sparsę plurima noctis parte videntibus miraculo & stupori fuerunt.

¶ Paschalis papa moritur: Succedit Ioãnes Rhomanę ecclesię cancellarius/& appellatur Gelasius. At ĩperator quia electioni nõ interfuerat/ Hispanũ quendã nomine Burdinũ ei superordinauit.

¶ Balduinus secũdus rex Hierusalẽ moritur: frater Godefridi ducis Lotharingorũ/& primi regis Hierosolymitarũ/qui Godefridus prĩceps nobilissimus/ cũ in regem cõstitutus fuisset: nunq̃ tamen in ea ciuitate in qua dñs spinis coronatus est diadema portare cõsensit. Fuerunt autẽ filij Eustachij comitis de Bolonia ex Ida sorore Godefridi Gibbosi ducis Lotharĩgorũ. Quibus de medio factis / tertius regnat Balduinus filius Hugonis comitis de Reitesta.

¶ Ventus vehementissimus in vigilia natalis dñi per totam diem & noctem durans.

¶ Gelasius papa indicto Remis cõsilio transgrediens alpes/ in Gallias venit: & per Burgundiam & Gothiam

Ro.im. Franco. Anglorum Hierosolymorū. Añ.dñi

que prouincia sancti Egidij dicitur/ agit synodales
causas. Ad quem vir dei Nobertus nudis vt erat in=
cedēs pedibus accessit: eiq; animi sui ꝓpositū pādēs
licentiā & auctoritatē seminādi vbiq; verbū dei ab
eo accepit. ¶ Henricus īperator ab Italia in Lotha=
ringiā repatriat & secundū illud qui a multis timet
necesse est vt multos timeat cōiuratos in se regni pri
cipes/ modo minis/modo blanditijs/modo vi/mo=
do satisfactione ad pacē inuitat.

13 | 10 | 19 | ¶ Gelasius papa Cluniaci morit̄ & se | 9 | 1119
pelitur. ¶ Guido Viēnēsis archieps/
Stephani Burgūdionū comitis germanus / in papā
eligitur: & Calixtus vocari designat⁹ Cluniaci bñdi=
citur. Cōsiliū quoq; a p̄decessore suo indictū Remis
ab eo mediāte Octobrio mense celebratur.
¶ Balduinus Flandriarū comes Calixti papę de soro
re Clemētia nepos/ Guillelmū filiū Roberti Normā=
norū comitis a fratre suo Henrico Anglorū rege ca=
ptiuati/ Normānię potēter restituere volēs: post oc=
cupatā magnā eiusdē Normānię partē in capite vul
neratus obijt. Sicq; deficiēte naturali prole/ Carolus
Roberti ex sorore nepos cōsobrinus Balduini defun
cti/& Canuti Danorū regis filius/ comes substituit.

14 | 11 | 20 | ¶ Dū pro recōsiliatiōe regni & sacer= | 10 | 1120
dotij legatione nunc a rege ad papā
vadit: nūc a papa ad regē redit. lux pacis inter eos
turbatur: & īperator cū sibi fauentibus excōicatur.
¶ Vir dei Nobert⁹ a papa Calixto Bartholomeo Lau
dunensi ep̄o specialiter cōmēdatus/cū ei eccl'ia beati
Martini a p̄dicto ep̄o offerret: tū ꝓpter vrbis viciniā
tū quia eiusdē ecclesię clerici ꝓpositi & vitę eius au=
steritatē horrebāt eā reliq̄t & ab ep̄o diuersis eiusdē
prouinciæ locis religioni cōgruētibus sibi ostensis/
tandē diuinitus in loco p̄monstrati resedit. Ibiq; soli
tarius religiosam vitā agere cœpit. & tēpore quadra
gesimę ad colligēdos socios solus egressus/ante pa=
scha cū tredeci socijs redijt. & cū his in p̄monstrato
loco secundū canonicæ īstitutiōis normā ad tenorē

Rhōa.	Frāco.	Anglorū		Hieroſolymorū	An.
			regulę beati Auguſtini deo militare cœpit.		
			¶ Ordo Premonſtratenſis incipit.		
15	12	21	¶ Papa Calixtus Rhomā ꝓficiſcēs/ ab ōni ſenatu & populari turba gl'io ſe ſuſcipit: & in ſede apoſtolica cōfirmatur.	11	1121
			¶ Burdin⁹ pſeudo papa Sutrij poſitus/ dū pegrinos Rhomā eūtes vel redeūtes depredatur: tandē vt villiſſimus apoſtata capitur/ & in monachū tondetur.		
			¶ Maior eccleſia epī Monaſterienſis eo ꝙ ipm repudiaſſet ab ipſo epo & duce Saxoniæ cū tota ciuitate exuritur. ¶ Mortuo Lamberto Nouiomēſi epo/ Symon Ludouici regis Francorū patruelis ſucceſſit in eius loco. ¶ In Premonſtratenſi eccleſia cuidā fratri altius de ineffabili trinitate (quæ deus eſt) cogitāti in matutinis dęmon aſtitit: & ei tria geſtans capita apparuit/ trinitatē ſe eſſe conteſtans. & ob fidei ſuæ meritū trinitatis viſione eū dignū eſſe affirmās: ſed frater inimici dolū agnoſcens/ cōuitiādo ei recedere a ſe compulit.		
16	13	22	¶ Terręmotus in ſecunda ebdomada aduēt⁹ dñi ſabbato hora tertia/ alias clementior/ alias inclemētior accidit.	12	1122
			¶ Noberto apud Ningellā verbū dei prędicante/ & puellā dęmoniacā corā ſe adductā exorcizāte dęmō irridens cantica canticorū a principio vſq; ad finem per os puellę ædidit: & ad verbū in Rhomana/ deinde in Teutonica lingua iterp̄tatus eſt. Sed dei ſeruo arctius inſiſtente/ tandē egreſſus eſt.		
17	14	23	¶ Optimates regni cū epis Henricū iperatorē cōuenietes deo ſibi ꝓpitio id elegerūt ſaluberrimo cōſultu: vt inter ipm & apoſtolicū cōtrouerſia de iueſtituris eccleſiarū tandē finiret. Legātur inde Rhomā ex parte iperatoris Bruno Spirenſis eps & Arnulphus abbas Fuldēſis. Interim Hēricus iperator paſcha dñi Aquiſgrani celebrat: deinde Leodiū cōtendit. Hic q̄rela apud eū facta de inſolentia cuiuſdē Gothuini/ caſtrū eius quod mons Falconis dicitur/ annitēte ſibi Godefrido du-	13	1123

ce obsidet/capit incendit/& destruit.

¶ Ecclesia Haunoniēsis cū oībus appēditijs suis seditiōe aduocati sui cū tota villa arsit: saluo tamē thesauro & bibliotecha. ¶ Turonis etiā seditiōe orta inter clericos & laicos/ecclesia sancti Martini penitus arsit.

¶ Donnus papa visa & recepta legatione imperatoris/pertesus & ipē valde dissonātię inter eos diutinæ libenter assentit: & tā cōsultu totius Rhomani senatus q̄ etiā epōrū Italicorū mittūtur. ex latere apostolici vnus eps/& duo cardinales ad ordinandā rē tāti negocij mēse Septēbris ī natiuitate beatę Marię Henricus īperator cū epīs & optimatibus regni venit Vuarmatiā: vbi occurrerūt ei legati sedis apostolicę diu vt fit in tantorū negociorū cōsessu cuentilata ratiōe/tandē gratia antiquę charitatis reintegrat inter īperatorē & apostolicū dei ordinatione.

¶ Consiliū Rhomæ celebratur pax inter regnū & sacerdotiū reformatur: & ius inuestiturarū epaliū ab īpatore exfestucat. ¶ Noberto ad quęrēdas sanctorū reliquias Coloniā veniēte/& suis ī dicto ieiunio orationibus instāte/ vna de nūero vndecī miliū virginū nomē suū & locū vbi iacebat specialiter designās: in crastino solēniter leuata/& cū alijs sanctorū reliquijs ad locū Premōstratū est ab eo translata. Sequenti vero die apud sanctum Gereonem in oratione pernoctans/mane facto in medio ecclesię vbi nullū apparebat sepulturę vestigiū effodi pręcepit: & corpus sancti Gereonis integrum absq; cerebro honorifice & diligenter collocatum inuenit. sicut & de ipso legebatur: ꝙ pars capitis & non totum caput abscisū fuit. Quod cum honore & reuerentia a clero & populo eleuatum est. & inde pars viro dei donata est/ inde Premonstratum rediens / & quadraginta iam clericos cum multis laicis secum habens/ professionē eos facere secūdū apostolicā īstitutionē & canonicā regulā btī Augustini docuit: & ad volūtariā paupertatē & promptam obedientiam/cęteraq; militiæ

Rhōa. | Frāco. | Anglorum | Hierosolymorū | An.

spiritualis instrumēta/eosdē diligēter istituit. Cui nō
multo post quidā comes de Vuestphalia Godefrid9
cū vxore sua cōuersionis gratia se cōtulit: & tria loca
in alodio suo castrū videlicet & Capēbergēsem locū
Clostatēsem/Vuarlarensem/diuino cultui per eū mā-
cipauit. Cuius exēplo cōpūctus comes Theobaldus
homini dei se familiarissimū fecit: & ei9 monitis atq;
cōsilio/multa postmodū erga paupes vel quoslibet
religiosos liberalitate atq; munificētia vti cępit.

13 | 15 | 24 ¶ Obit bonę mēoriæ papa Calixtus: | 14 | 1124

cui succedit Lambertus qui & Hono
rius Hostiēsis eps. Ad quē pficiscēs pater No
bertus/& ab eo honorifice susceptus/& q̄ flagitabat
digne cōsecutus/Parthenopolis se futurū epm diui-
nitus agnouit. & rediēs cū i die paschę apud Herbi-
polim in populi frequentia missam celebraret: cęca
mulier ipso post sumpta mysteria i oculis eius sufflā-
te/visum recepit. Vnde quidā diuites cōpuncti/se &
sua deo reddiderūt. & ecclesiā ibidē ædificātes/diuio
cultui per manū p̄dicti patris eā mācipauerūt. Inde
Premonstratū rediens/in ecclesia beati Martini quæ
sita est i suburbio Lauduni/quendā de suis dn̄m vi-
delicet Gualterū abbatē primū cōsecrari fecit. Cuius
industria deo coopante eadē ecclesia tam i tēporali-
bus q̄ in spūalibus intantū est in breui multiplicata:
vt famā bonę opinionis & ppagines sanctę planta-
tionis i exteras ac longinquas iam extenderit regio
nes/videlicet in Neruiā/ in Flandriā/ in Angliā/ in
Vuasconiā/in Gothiā/in Hispaniā/in Burgundiā/
quas oēs prouincias per eandē domū bono iam vi-
demus odore respsas. ¶ In Viuariēsi etiā ecclesia de
fratribus suis abbatē tunc ordinari fecit: vbi cū ad in
troitū fratrū malignus spiritus hoiem quendā inua-
sisset & eū p biduū vexasset: per virū dei expulso dę-
mone/curatus est. ¶ In castro nichilominus Anuer-
pien ecclesiam ordinandam hac de causa suscepit.
Oppidāi castri illius a quodā hęretico tandemo sedu
cti/paulatim a fide & bonis morib9 desciuerāt: quia

R.hōa.	Frāco.	Anglorum	Hierosolymorū	Añ. dñi

idē hęreticus nimiæ subtilitatis cū tamē esset laicus. Sed multis etiā disertis clericis in sermone acutior/ sacri ordinis ministros & episcopalē ac sacerdotalem gradū nichil esse dicebat: corpis & sanguinis Christi pceptionē sumētibus ad salutē pdesse negabat. & in pcioso apparatu & vestibus deauratis incedēs/ triplici funiculo crinibus intortis/ verbis psuasibilib9 & cōuiuiorū apparatibus/ suos qui eū circiter tria milia armati sequebātur alliciebat: et per eos resistētes sibi cędibus seuiebat. Credebant ei & reuerebātur eū: intātum vt aqua in qua corpus lauisset biberēt/ & pro reliquijs asportarēt: cū tamē tantę incōtinentię & ipuritatis esset: vt filias in matrū pręsentia/ sponsasq; mariris intuētibus corrūperet/ & hoc opus spirituale esse asserebat. Qui tandē post multos errores & multas cędes dū nauigaret/ a quodā p̄sbytero pcussus in cerebro: occubuit. Sed nec post eius mortē/ error ipsius tā facile extirpari potuit. Propter quod a clericis loci illius ecclesia cum aliquātis redditibus per manū epi Norberto ordinanda datur: sperātibus q̄ per eius salutarē doctrinā heresis illa de medio tolleret. Quod & factū est. Siquidē ipo predicante/ cōpuncti viri & mulieres corpus dñicū quod in cistis & foraminibus per decē ānos & amplius reposuerāt/ attulerūt: & p eius doctrinā paulatim ad sanctā fidē resipuerūt.

¶ Radulpho Remorū archiepō obeūte Ramaldus succedit in p̄sulatu Remēsi ecclesiæ.

¶ Venetiāi nauali exercitu Ascalonē obsidētes/ accepta ab Ascalonitis pecunię taxatione recedūt: & Tyrū aliq̄diu obsessam in deditionē accipiūt.

¶ Henricus imperator congregata exercitus infinita multitudine/ fines regni Francorū irrūpere disponit: sed Ludouico Francorū rege cū infinito nichilominus exercitu in occursum eius properante consilio principū & episcoporū ab inutili proposito desistit. Et hoc factū est mense Augusto.

¶ Henricus imperator/ Montionē castrū capit: & Ramaldū eius comitē secū captū adducit.

Rhōa.	Fraco.	Anglorū	Hierosolymorū	An. dñi.

¶ Balduinus rex Hierosolymorū a Sarracenis p̄uentus capitur. Qua de re mēte excedētes vndiq3 versū euocati ad 40 milia cōglomerātur: vt Christianos a finibus suis exterminēt/ & apud Ascalon ipedimēta sua cōmendāt. Christiani vero in arcto positi nichil spei nisi in deū habētes/ exēplo Niniuitarū vtriq3 sexui ieiuniū idicūt: pueris etiā lactētibus/ ifantib9/ vniuerso quoq3 pecori pabula negātur/ dies pugnę idicit. Procedūt Christiāi cū militib9 & peditib9 vix ad tria milia estimati. Pricipes gradiūtur in fronte scil3 patriarcha pro vexillo offerens crucem Christi/ abbas olim Cluniaceñ. Pontius p̄ferens lanceā trāffixā in latere Christi / ep̄s Beetleemites ferēs ī pixide lac sanctę Mariæ virginis. Sarracenis vero quaquauersum effusi ex ōni latere in orbē circūcingūt Christianos: ne quis possit euadere. Dū ita in prōptu hęrent Christiani vidēt deo sibi auspice splendorē scisso aere sup paganos subito cecidisse. Sed nō p̄sperū / sed satis nociuū: q̄uis hūc ip̄i Sarraceni nō viderit. Illico eni ōni viriū robore eneruati/ passim fugiētes cędūt. nō solū a viris sed etiā a pueris & a fœminis. Perierūt in bello septē milia/ submersi sunt in aquis quiq3 milia. Oēs vero Christiani icolumes reuersi/ sūmū & dulce epinichiū reboāt deo ī excelsis.

19	16	25	15	1125

¶ Hiēs solito acerbior/ & a gestu niuis sępi9 decidētis nimis horrida/ & iportuna. Multi eni pauperū infantes & mulieres nimietate frigoris defecerūt: ī multis viuariis pisces absorp̄ti sub glacie perierūt. Glacies eni adeo spissa erat & valida/ vt vehicula onusta sup eā ducerētur: & quasi sup solū equitaret. In Brachbāto āguillę inūerabiles p̄pter glaciē a paludib9 exeūtes: qđ dictu mirū est ī fenilib9 fugiētes latuerūt. Sed ibi etiā p̄ nimietate frigoris deficiētes cōputruerūt ¶ Mortalitas quoq3 aīaliū maxima fuit. ¶ Hiemi successit intēperies aeris: nūc niue/ nūc pluuia/ nūc gelu/ alternati satis noxia vsq3 in medio Martio. Postea diutino frigore & pluuia aeris incōstantia vix tandē arbores floruerūt Maio mense: vix

Rhõa. | Frãco | Anglorum. | | Hierosolymorũ | Añ. dñi

tãdẽ gr͞a herbarũ & graminũ reuiguit virore. Imber vero singulis mẽsib9 assidue decidu9 / sata agrorũ pene absorpsit: nã siligo & auenę ꝓuentũ suũ satis sunt emẽtitę. ¶ Multi quoq; sacro igne adurũtur.

¶ Tyr9 Hebręa ligua Sordicta vrbs fenicis maxima / & antiq / in corde maris sita / Sidoniorũ Colonia / negociatio maris / emporiũ toti9 orbis / vaticinatio prophetarũ celebrata / & carmibus poetarũ inclita / olim quidẽ isula sed a Nabuchodonosor vel ab Alexãdro ꝓpter expugnationẽ multis ĩ breui freto aggerib9 cõportatis: terra cõtinẽs facta / pridẽ a Nabuchodonosor expugnata / & ptim captiuata / & postea ab Alexãdro penitus destructa / vsq; ad solũ & dirupta / sed iuxta ꝓphetas post 70 ãnos reędificata / & in antiquũ statũ restituta / nostris modo tẽporib9 in fine mũdi a Christianis terra mariq; obsessa capit: & Christi ĩpio subiugat. ¶ Fames pmaxima grassat ĩ Gallia: ĩ qua Caroli incliti marchionis Flandrię liberalis enituit munificẽtia. qui inumerabilib9 diuersis ĩ locis pauperib9 quotidiana ministrabat victus stipendia.

20 | 17 | 26 | ¶ Hiẽs asperrima sex ebdomadib9 cõtinua & valde noxia. ¶ Fames valida vbiq; magna multitudine vtriusq; sexus pereũte. | 16 | 1126

¶ In Hasbania ignobilis muliercula mõstrũ bis gemini corpis est enixa: auersis vultib9 & corpib9 sibi coherẽs. añ quidẽ effigies hois integro corporis mẽbrorũq; ordine distincta: retro vetro facies canis similiter corporis & mẽbrorũ ꝓprietate integra.

¶ In Brachbãtho villa Nerisca alia mulier enixa est quatuor masculos vno partu.

¶ In Gẽblacẽsi parrochia dũ paterfamilias dñica die mixturã segetũ prę penuria famis moleret in vsus familię: subito iusta dei indignatione arsit farina cum putoris nigredine ad exemplũ posteris ne quis presumat simile.

¶ Ecclesia sancti Dionysij sita in Brochorẽsi silua 7 calẽdas Maij primo noctis crepusculo cũ oibus appenditijs & tota villa penitus arsit: saluo tamen the-

Rhōa.	Frāco.	Anglorū		Hierosolymorū	An. dñi

sauro & armario. ¶ Hēricus īperator Leodij pascha dñi celebrat: inde Aquis cōtendēs/ morbo dracūculi qui sibi erat natiuus molestari cœpit: ꝓpter quod & ibi aliquot dies remoratus est. Deinde quasi pentecostem celebraturus Vltraiectū venit: & tandē feria quinta in pentecoste vitā cū regno amisit. Corpus eius eiectis intestinis sale respersum Spiræ relatum est. ¶ De hoc autē īperatore quędā dicūtur: quę fabulosa esse didiscim⁹. Fertur nāq; ꝙ se quasi mortuū finxerit/ & occulte suorū ꝑsentiā fugiēs/ pegrinationē aggressus fuerit: & ad vltimū monachus factus/ Cluniaci fuerit. Reuera autē vt dicitur quidā erat valde similis eidē īperatori & viribus corporis plurimū valens: qui monachatū Cluniaci suscipiēs/ Henricū īperatorē se esse firmissime asserebat.

¶ Rex Hierusalē Balduinus data redēptione a Saracenis dimittit. ¶ Mense Augusto legati apostolicę sedis & archiepi cū epis & optimatibus īperij/ ex cōdicto cōuenietes Magūtiæ cōsultāt sibi & toti Rhomano īperio de substituēdo rege. ¶ Lotharius dux Saxonū vir sapiēs & īdustrius & ecclīastico iuri deuotus ꝑpotēs diuitijs & victorijs oīm assensu eligit. Hic mense Septēbris cū eisdē legatis & duobus archiepis & octo epis & multis abbatib⁹/ & cū eminētioribus aulę regalis primatib⁹/ Aquisgrani veniēs dñica die idus Septēbris a Frederico archiēpsule Coloniēsi in regē bñdicit & vngit: ōni clero & populo festiuū Epinichiū acclamātibus.

Lothar⁹					
1	13	27	¶ Hiēs acerrima vermis etiā ꝑiculo	17	1127

sus. ¶ Rex Lotharius cū Behemones vadēs/ quorūdā suorū pricipū traditiōe magnā stragē militū passus est quīgētis videlicet & quadragita occisis.

¶ In Syria hoc āno exercit⁹ dei bis cōgress⁹ est Saracenis: in prio ꝑlio de Paganis ceciderūt duo milia quīgēti/ de Christianis solūmodo 15. In scdo aūt/ incruētā victoriā habuerūt Christiani. Sed ꝗuis plurima pars eorū oppetierit: tamen auxilio dei reuigorati absq; numero hostes cōtriuerūt & vicerūt.

Rhōa.	Frāco.	Anglorū		Hierosolymorū	An. dñi
			¶ Carolus comes Flandrēsis ꝓditione quorūdā optimatū suorū quibus pro zelo iustitię exosus erat: Brugis in ecclesia sancti Donatiani martyris orans/ interfectus est. Sed horrēda aiaduersione vindicatus est. ¶ Proditores enī cū capti fuissēt/ aut extermīati exilio/ aut ꝑcussi gladio/ aut patibulo affixi/ aut ꝑcipitio elisi/ aut duello cōuicti & rotis alligati: vix aliquo euadente oēs perierūt. Post mortē Lisiardi epī Suessorū fit eṗs Iollen⁹ vir magni cōsilij. Cameraci quoq; post Burcardū Hermānus epatū tenuit. Quo post triēniū extruso/ Liethard⁹ ei successit: qui & ipe post quatuor ānos repudiat⁹/ Nicolaū successorē habuit. ¶ Partenopolitanę ciuitatis archiepo defuncto/ cū clerici & ciues eiusdē vrbis corā iperatore Luithero ad eligendū archiepm apud Spirā cōuenissent: nutu dñi Gerardi Rhomanæ sedis legati qui postea fact⁹ est papa/ Lucius & Alberonis Metēsis primicerij qui postea factus est Treuerorū archieṗs/ Norbertum Premōstratæ ecclesiæ patrē qui pro quibusdā causis eo forte aduenerat/ in pastorē eligunt: & regali ꝓsequēte cōueniētia ad sacerdotiū p̄fatę vrbis ꝓuehūt.		
2	19	28	¶ Hoc āno multi de pago Suessonico sacro igne accēsi/ ad eccl'iam beatæ dei genitricis Mariæ in ciuitate Suessorū sitā cōuenerūt: ibiq; diebus paucis misericordiā dei & beatæ virgīs succursum p̄stolantes (sicut plenī⁹ refert libellus eorūdē miraculorū) salutē ipius meritis & ꝑcibus consecuti sunt. ita vt intra quindecim dies cētum & tres nominati ab hoc igne restinguerētur: & tres puellæ distortę sanitati redderētur. Facta sunt ibi deinceps & alia multa miracula: inter quæ duo fuerunt eminētiora. vnū scilicet de naso mulieris & labio diuinitus reformato: aliud de puero in visione ante deū rapto. vbi dominā nostrā virginē Mariā se vidisse asseruit pro populi salute supplicantē: & hoc responsum benigne a filio accepisse. Mater tu es maris stella: fiat sicut vis. Sed dū quęritur beata virgo super domo sua quæ vilis & abiecta erat prę cęteris: iterum	18	1128

R. Roã.	Frãco	Anglorum	Hierosolymorũ	[illegible]

a filio suo audiuit/ ꝙ de transmare & de trãsrhenũ faceret pecuniã afferri. vnde domus eius ædificaretur: & in oculis oĩm respicientiũ illustris appareret. Cui9 visionis tã in claritate opis ꝙ̃ in copia oblationũ tot sunt testes hodie/ quot videre volũt. Predixit etiã idẽ puer paulo post se moriturũ: & vix vnũ mensem supuixit. Sed mirũ valde de hoc puero erat: ꝙ oẽm hystoriã veterẽ rithmice depromebat. Textũ vero euãgelij & actus dñi ita recensebat: ac si in libro legeret & acta ab alijs pronũciaret: qui etiã cum hoc clausis oculis diceret laicis & illiteratis vix loqui dignabat̃: quasi eorũ ignorantiã ptesus/ qui tam ꝓfunda intus audierat. ¶ Mortuo Balduino rege Hierosolymorũ successit Fulco. ¶ Lauduni in ecclesia sancti Ioannis cõsilio regis & pricipũ monialib9 que male infames erãt eiectis: & monachis i earũ locũ substitutis/ Drogo religione & facundia venerabilis a Bartholomeo episcopo primus abbas ordinatur: qui postmodũ a papa Innocẽtio Rhomę Hostiensis ep̃us cardinalis consecratur. | Fulco

3	20	29	¶ Philippus puer Ludouici Francorũ regis filius/ Remis in regẽ vngitur: die paschę 18 calendas Maij/ patre pręsente.	1	1129

¶ In Premonstratensi ecclesia Norbertus archiepiscopus successorẽ sibi dominũ Hugonẽ qui ab initio paupertatis suę socius fuerat/ ordinari fecit abbatẽ: sed ad Anuerpiensem atq; Floressiensem ecclesiam ad regimen fratrũ nominatos patres destinauit.

¶ In eccl'ia quoq; sanctæ Mariæ apud Magedeburh expositis clericis sęcularibus sui ordinis fratres collocauit.

¶ Cœnobium Vrsicampi fundatũ est a nobilissimo pręsule Nouiomensi domino Symone: qui Hugonis magni filius fuit. Frater autem Radulphi comitis/ & regis Ludouici fratruelis/ adducto cõuẽtu monachorũ a Clareualle & domio Valerãno primo abbate ordinato: qui primus ex nobilioribus personis Clareuallem sua cõuersatione illustrauit.

Rhõa.	Frãco.	Anglorũ		Hierosolymorũ	Añ. dñi
4	21	30	¶ Honorio papa defuncto/factis ptibus Gregori9 & Petrus de Leone ad papatum eliguntur:& Gregorius Innocentij Petrus Anagleti nomine alterantur. Sed Petro ob parentelę suę fortitudinẽ apud sanctũ Petrũ cõmorante/ Innocentius Rhoma egressus in Gallias proficiscitur:& Gallicana sibi adherente ecclesia/ cõcilijs celebratis primo Remis/secundo Pisis in papatu cõfirmatur. & Petrus ab omnibus Galliæ & Germanię epis anathematizatur. ¶ Ioannes piæ memoriæ Morinorũ epus obit: eiq; Millo abbas sancti Iudoci ex ordine Premonstratensi succedit. ¶ Roberto quoq; Attrebatensi epo defuncto/ Aluisus abbas ordinatur epus in eius loco. ¶ Thomas de Marla in suo proprio conductu negociatores dolo capiens a rege Ludouico cũ exercitu ĩpetitur:& a Rodulpho Viromandorũ comite in vltionẽ Henrici fratris sui vulneratus & captus/ Lauduni moritur.	2	1130
5	22	31	¶ Philippus puer nuper in regem vnctus/dum in ciuitate Parisius equo vehitur: porcus equi pedibus se forte submittens/equũ super ipm precipitem dedit/& de eius subita & miseranda morte Francis luctum induxit tertio idus Octobris. ¶ Ecclesia sancti Medardi Suessionis ab Innocentio papa cõsecratur. ¶ Consilio Remis habito/pręsente Francorũ rege Ludouico/ filius eius Ludouicus in regem cõsecratur a papa Innocentio octauo calendas Nouẽbris. ¶ Sub his tẽporibus ordo canonicus Premonstratensis/& monasticus Cisterciensis quasi duæ oliuę in cõspectu dñi/ pietatis lumẽ & deuotionis piguedinẽ mũdo ministrabãt:& quasi vites fructiferę religionis palmites circũquaq; ꝓpagabãt.& per omnes fere Christiani orbis termios bonę opinionis paulatim odore diffuso nouas abbatias vbi antea dei cultus nõ fuerat/cõstruebant. Vnde etiã in Syriã & Palestinã de Premonstrato fratres missi:nõnullas abbatias ædificauerunt.	3	1131

Rhoa.	Fraco.	Anglorū	Hierosolymorū.	Añ. dñi.

¶ Eratq́ circa hęc tēpora pulchra ac decora facies ecclesię diuersorū ordinū ac ꝓfessionū circundata varietate: dū hinc Premonstratenses/ hinc Cistercienses/ inde Cluniacēses monachi/ tū & diuersi habitus & ꝓfessiōis sanctimoniales/ & mulieres deo deuotę/ in cōtinētia atq́ pauptate sub obediētię iugo regulariter viuentes/ feruore religionis inuicē ꝓuocarēt: & noua certati diuersis in locis monasteria fundarent. Cum his etiā monachi Carturienses & ipī paulatim pullulabāt qui prę cęteris cōtinētes pesti auaritiæ qua plurimos sub religiōis habitu/ laborare videmus terminos posuerūt: dum certū numerū hoim animaliū/ possessionū/ quā eis ꝑtergredi nullomodo liceat statuerūt. & ipsi singulas singulis cellulas habentes/ ac raro vel ob dei cultū vel ob mutuū in charitate solatium cōuenientes perfectius mori mundo & cęteris tanto diligentius q̄to secretius viuere deo elegerūt. Ad hæc etiā milites tēpli Hierosolymitani.

¶ Fratres quoq́ de hospitali sub religioso habitu cōtinēter viuētes/ vbiq́ se multiplicando diffundebāt: & quæ poterant vel de laboribus proprijs vel de fidelium elemosinis ad opus deo militātiū in infirmorū quorūq́ ac pauperū Hierosolymā petebāt. Sed presules ecclesiarū ac principes sęculi prōptissime ānuebant vel etiā sponte offerebāt terras/ prata/ nemora/ & cętera quę monasterijs ædificandis necessaria erant.

¶ Ecclesia pene sanctę Marię in epio totaq́ pene ciuitas Nouiomēsis incendio cōflagrauit iusto (vt ferť) infortunio: quia summū pontificē Innocētiū verbis irrisorijs multi illorū exhonorauerūt.

¶ Clareuallis duo cęnobia vna die producit: scilicet Longipontum & Rieuallem & post paucos menses Vacellas.

6	23	32	¶ Fara castrū a Ludouico Francorū rege obsidione cingitur a nonis Maij	+	1132

vsq́ ad 7 idus Iulij: nec tamē capiť. Tandē affinitatis cōfœderatiōe pacē iniecerūt. Iulgelrānus quippe eiusdē castri dn̄s/ nepotē Radulphi comitis ex sorore

Rhõa.	Frãco.	Anglorũ		Hierosolymorũ	Añ. dñi
			accepit in cõiugiũ. ¶ Obit vir sanctus Hugo Gratia		
			nopolitanus epus/cuius religiosam admodũ vitam		
			conscripsit Gigo prior Cartusiæ.		
7	24	33	¶ Ecclipsis solis facta est quarto no=	5	1133
			nas Augusti feria sexta hora sexta.		
			¶ Luitheri9 iperator expeditionẽ i Italiã parat & cũ		
			epis & archiepis ac noiatissimo abbate Clareuallis		
			Bernardo/papã Innocentiũ Rhomã deducẽs cõtra		
			Petrũ Leonis qui monasteriũ sancti Petri munierat/		
			eũ in epo Lateranensi a sede pontificali potẽter col		
			locat: ipm vero Luithertũ Innocẽtius papa ibidem		
			in imperatorem consecrat.		
8	25	34	¶ Norbertus archieps vir potens in	6	1134
			opere & sermone/multorũ monaste=		
			rioꝝ fundator/& sanctæ religiõis eximius ꝓpagator		
			Innocẽtij papę catholici ęquissimus fautor/ Petri ve=		
			ro scismatici iustissimus execrator/ cũ iperatore Lui=		
			therio ab expeditione Italica regressus in ciuitatem		
			suã nõ multo post ifirmitate corripit: & in ea per spa		
			ciũ quatuor mensiũ laborãs/epatu sapiẽter ac fide=		
			liter ministrato per annos octo/astantibus fratribus		
			data benedictione moritur. ¶ Cũ de sepultura inter		
			clericos maioris ecclię & fratres sanctæ Marię cõten		
			tio fieret: res ad iperatorẽ delata est. & eius pcepto i		
			ecclesia sanctæ mariæ cũ filijs ac fratribus quos in		
			Christo genuerat/ & Christo ędificauerat: sepult9 est.		
			Cuius extitit in Christo dormitio octauo idus Iulij.		
9	26	35	¶ Monasteriũ de prato fundatum est	7	1135
			sub primo abbate Petro: prima plantatio quã ꝓtulit		
			pater Vualerãnus ex propria domo.		
			¶ Henricus obit rex Angliæ vir in regni sui ãmini=		
			stratione singularis seueritatis atq; cẽsuræ. Cui Ste		
			phanus de sorore nepos in regnũ succedit. Sed ma=		
			gna pte regni mutilatus/nõ multo post totã Normã		
			niã amisit. Filia eni regis Henrici Matildis quę prio		
			nupserat Henrico iperatori postmodũ Giffrido co=		
			miti Andegauẽsi ope regis Francorũ Ludouici/ Nor		
			mãniæ ducatũ occupat/ & in ipa Anglia magnas ei		

Rhõa.	Frãco.	Anglorum		Hieroſolymorũ	Anni dñi
			moleſtias atq; calamitates ſuſcitat. Quē etiam bello		
			poſtmodũ cepit: ſed pro comite Roberto fratre ſuo a		
			regina Angliæ capto eum relaxauit.		
			¶ Ventus nimius quinto calēdas Nouēbris fuit: qui		
		Stephan9	turres & ædificia multa diruit.		
10	27	1	¶ Mare termios ſuos egreſſum inopi	8	1136
			nate ſubmerſit cũ habitatorib9 ſuis		
			partem Flandriarum.		
11	28	2	¶ Siccitas tãta fuit in Francia q̄tam	9	1137
			nemo qui tunc viueret ſe vidiſſe vel		
			ab anteceſſoribus ſuis audiſſe teſtaret̃: ita vt fontes &		
			putei quidã etiã fluuij ſiccarētur.		
			¶ Imperator Luitherus ſecundã facit expeditionē in		
			Italiã. ¶ Comes Pictauenſis Vuillelm9 ad ſanctum		
			Iacobũ in Gallicia orõnis cauſa ꝓficiſcit̃: & in ſexta		
			feria paraſceue in eccl̃ia beati Iacobi morit̃ & ãte al=		
			tare ſepelit̃. Qui moriturus ꝓceres ſuos quos ſecum		
			habebat cõteſtatur: vt filia ſua maior Alienordis Lu		
			douico iuniori Francorũ regi cũ Aquitaniæ ducatu		
			vxor traderet̃. Quã p̄dictus Ludouicus apud Burde=		
			galam optimatibus regni p̄ñtibus iũgit ſibi nuptijs		
			q̄ ſolēnibus. Cuius pater Ludouicus intra eundē fe=		
			re menſem apud Pariſius defunctus: in eccleſia ſan=		
			cti Dionyſij ante corpus ipſius eſt ſepultus calendis		
			Auguſti 28 anno regni ſui. ¶ Luitherius iperator		
			poſt ſubactã Rhomanę eccl̃e infidelitatē Apuliã re=		
			diens in patriã ſuã morit̃: & Cõradus qui ante ip̄m ĩ=		
			periũ affectauerat/Henrici iperatoris de ſorore ne=		
Cõrad9	Ludouic9		pos/ad regnũ ꝓuehitur.		
1	1	3	¶ Obit Drogo bonę memoriæ Ho=	10	1138
			ſtienſis ep̄s vir religione ac ſapiētia clarus.		
			¶ Petrus Leonis qui ꝑ ſciſma p̄ſulatũ Rhomanę ſe=		
			dis cõtra Innocētiũ inuaſerat: & eccleſię dei magno		
			ſcandalo iam ꝑ octo ãnos fuerat/dei iudicio ꝑcuſſus		
			obit & ab eo degradatos ordiari: nec vltra ad ſacros		
			ordines promoueri Innocētius papa decreuit.		
			¶ Hoc tĩpore venerabilis vitę Alexander prim9 ab=		
			bas mortui maris/ſe & domũ ſuã tradidit abbati Vrſicãpi.		

Rhom.	Fräco.	Anglorum		Hieroſolymorũ	An. dñi
			¶ His tẽporibus quidã pſeudo iperator i ptibus Alemãniæ ſurrexit: qui per aliquot ãnos apud Solodoꝝ in recluſione viuens/ egreſſus inde iperatorẽ Henricũ ſe eſſe mẽtiendo dixit. Et cũ multos ſeducẽdo ſibi alexiſſet intrantiũ vt pro eo etiã graues pugnę & homicidia fierent: alijs eũ recipiẽtibus/ alijs ſeductorẽ palã ꝓfitẽtibus/ tandẽ declarata eius falſitate Cluniaci in monachũ attonſus eſt.		
2	2	4	¶ Ramaldo Remorũ archiepo defuncto/ eccl'ia Remẽſis per biẽniũ fere põtifice caruit: & tandẽ hoc ãno Sanſon de clero eccleſię Carnotẽſis Remẽſem p̃ſulatũ ſuſcepit. ¶ Habitaculũ ſeruorũ dei in loco qui dicit̃ ad Montẽ dei cõſtruitur. ¶ Florebat hoc tpe Gallicana eccleſia per viros religione ac ſapientia illuſtres: Milonẽ Morinẽſem epm humilitatis virtute p̃cipuũ/ Aluiſum Attrebatenſem liberalitate atq; cõſilio & facundia clarũ/ Godefridũ Lingonenſem/ Hugonẽ Antiſſiodorẽſem/ Ioſlenum Sueſſionenſẽ/ Giffridũ Carnotenſẽ/ Albericũ Bituricenſem archiepm/ ſcientia litterarũ atq; cõſilij prudẽtia clariſſimũ. ¶ Inter hos etiã alios multos tũc claros ſciẽtia viros Bernardus abbas Clareuallẽſis vir opinatiſſimę religionis eminentiſſime clarebat. qui multorum miraculorũ patrator/ & verbi dei feruentiſſimus p̃dicator/ atq; plurimorũ monaſteriorũ fundator: aĩarũ lucra maxima deo adhibebat. adeo vt magiſtri ſcolarũ cũ magno clericorũ comitatu etiã de longinquis regionibus ad eius optabile magiſteriũ cõfluẽtes/ centenario vel ampliori nouitiorũ numero domũ ꝓbatiõis iplerent: & vno die quadrageſimę monachi fierent.	11	1139
3	3	5	¶ Senonis p̃nte rege Ludouico epoꝝ & abbatũ religioſorũ fit cõuentus cõtra Petrũ Abaelardum: qui quadã ꝓphana verborũ vel ſenſuũ nouitate eccleſiam ſcandalizabat. Qui ab eis interpellatus/ cum eſſet reſponſurus/ de iuſtitia veritus/ audientiã apoſtolicæ ſedis appellauit: & ſic euadens nõ multo poſt Cabilloni ad ſanctũ Marcellum obit.	12	1140

Rhoā. | Franco. | Anglorū | Hierosolymorū | Ān. dñi.

Inter regē Ludouicū & comitē Theodebaldū si-
multatis germen pullulat: pro eo ꝙ comes cū rege
in Aquitanicā expeditionē ꝓficisci detractat.

Cœnobiū sanctę mariæ de Frigido monte a piæ
memoriæ Valerāno primo abbate Vrsicāpi fundatū
est sub electo patre Manasse.

Hugo Parisiensis sancti Victoris canonicus reli-
gione & litterarū sciētia clarus/ & in septē liberaliū
artiū peritia nulli sui tēporis secūdus: obit. qui inter
multa quę vtiliter scripsit: etiā librū de sacramentis
valde necessariū duobus voluminibus cōpręhēsū ædi-
dit. In cuiꝰ libri volumie scđo quiddā mirabile inte-
xuit: de quodā pegrino quē diabolus in specie san-
cti Iacobi apparēs/ ad hoc seduxit: vt ꝓpria manu se
interficeret. Cūqꝫ eū diabolus secū traheret/ sanctus
Iacobus supueniēs eripuit eū de manu illius: & mul-
ta ei ostendēs/ ante iudiciū dei statuit atqꝫ vt denuo
vitæ redderetur obtinuit. Petente etiā rege Ludoui-
co/ explanauit hierarchiam sancti Dionysij martyris
multis obscuritatibus plenam.

4 | 4 | 6 | 13 | 1141

Rogerus de Sicilia post occupatū
Calabriæ & Apuliæ principatū papā
Innocentiū bello capit: & facta cū eo qualicūqꝫ pace/
vt ab eo in regē coronaret/ obtinuit. Sicqꝫ primus de
Normannorū genere regis sibi nomen vsurpauit: &
postmodū etiā in Africa nōnullas ciuitates siue ꝓ-
uincias occupauit. Castrū Bulloniū quod Ramal
dus comes iniuste tenuerat/ capitur ab ep̄o Leodij.

Imperator Cōstantinopolitanus Anthiochia aliq̄-
diu obsessa pacē tandē cū principe fecit: & ciuitatem
intrauit. Sed venationi insistens/ dū arcū vehemētiꝰ
intendit: toxicata sagitta a semetip̄o vulneratus in
sinistra manu obijt. captis ante nōnullis Turcorum
p̄sidijs & post eū filius Emanuel īperiū sumpsit.

Orta dissentione inter papā Rhomanū & Franco-
rum regem Ludouicū/ ecclesia Gallicana turbatur.
Defuncto enī Alberico Bituricensi archiep̄o/ missus
est Petrus a papa Innocentio eidem ecclesiæ pastor

Rhōa.	Frāco.	Anglorum	Sicilor.	Hiero	Ān. dñi.
		cōsecratus. Sed a rege Ludouico repudiatus / eo ꝙ sine eius assensu fuerit ordinatus: in ciuitatē minime recipitur. Cuius partes quia ꝓpter reuerentiā seu voluntatē papæ comes Theobaldus fouere videbatur: simultasq; sopita putabatur inter regē & ipm cœpit repullulare.	Rogerus		
5	5	7 ¶ Radulphus Viromandorū comes vxorē suā dimittit: & sororē reginæ Petronillā ducit. Propter quod instantia comitis Theobaldi mittitur Rhomanę sedis Iuo legatus / qui & Radulphū comitē excōicauit / & epos Laudunēses Bartholomeū Nouiomensem / Simonē & Petrū Siluanectēn. qui diuortiū illud fecerāt suspēdit. ¶ Obit pater Valerānus abbas Vrsicāpi fundator duarū abbatiarū: excepta tertia quā sibi adoptauit in filiā.	1	14	1142
6	6	8 ¶ Ludouicus rex Vitriacū castrū comitis Theobaldi capit: vbi igne admoto ecclia incēsa & ī ea mille trecētę aię diuersi sexus & ætatis sunt igne cōsūptę. Sup quo rex Ludouicus misericordia motus plorasse dicit: & hac de causa pegrinationē Hierosolymitanā aggressus a quibusdā estimatur. Castrū vero Odoni Campaniēsi cōtulit nepoti comitis Theobaldi: qui pcinitū ab ipo sibi ereptū / per regē Ludouicū hac occasione recupare voluit. ¶ Obijt papa Innocētius: cui succedit Vuido castellanus Celestini noīe alteratus. ¶ Obijt etiā Fulco rex Hierosolymorū. Qui dū venatiōi isistēs / leporē isequitur ex iprouiso sibi apparētē equus cui sedebat se sup eū pcipitē dedit: ipmq; vita & regno priuauit. Post quē filius eius Balduinus cū matre regnat. ¶ Pax reformatur inter papā & regē Ludouicū. ¶ Ventus vehemens 14. calēdas Februarij horribili impetu monasteria domosq; subruit: arbores anno sas terræ coęquans.	2	15 Balduin⁹	1143
7	7	9 ¶ Celestinus papa quiq; mēsibus & dimidio papatus functus officio decedit: eiq; Luci⁹ ex Gerardo cācellario papa factus / succedit. ¶ Mediāte abbate Clareuallis simultas quę inter re=	3	1	1144

Rhõa.	Frãco	Anglorũ		Siciliorũ	Hiero.	Añ.do

gem Ludouicũ & comitẽ Theobaldũ incanduerat/ sopiť. Inter regẽ Anglię & fautores Matildis Henrici regis filię varia sorte cõfligitur: & regnũ illud qđ prę cęteris aliq̃diu quietũ manserat & opulẽtũ ferro/ flãma/ fame/ misere decerpitur.

Rhõa.	Frãco	Anglorũ		Siciliorũ	Hiero.	Añ.do
8	8	10	Edissa Mesopotamiæ ciui-	4	2	1145

tas in qua erãt corpa apostolorũ Thomę & Thadei & quæ idolatrię sordib⁹ nũq̃ fuerat polluta: ex quo ad Christianissimum primitus est cõuersa a Turcis obsessa capiť: vbi epõ ciuitatis decollato/ & sanctis locis ꝓphanatis/ & in eis multis nec dicẽdis abominationibus ꝑpetratis / multa milia diuersi sexus & ætatis trucidãtur/ diuersis modis cruciãtur/ captiui abducũtur/ et seruituti adducũť. Vnde Christianis metus & tristitia/ Christi nois inimicis fastus creuit & audacia: & hęc quidẽ malorũ initia.

Lucius papa senatores Rhomanorũ cõtra eccl'iam erectos in capitolio obsidet. Sed inde ꝑ Iordanẽ Petri Leonis ꝑturbat⁹/ infirmitate correptus/ infra annũ põtificij sui moriť: cui succedit abbas sancti Anastasij Bernardus Clareuallẽsis patris Bernardi in cõuersione fili⁹/ & papa vocatur Eugeni⁹. Cõtra quẽ Rhomani Iordanẽ Patriciũ & senatores erigẽtes/ eũ ab vrbe deturbãt: qui trãsalpinãdo in Gallias venit.

Rhõa.	Frãco	Anglorũ		Siciliorũ	Hiero.	Añ.do
9	9	11	Rex Francorũ Ludouicus	5	3	1146

captę a Turcis Mesopotamię zelo accensus/ litteris etiã Eugenij papę aiatus atq; vt alij putãt Vitriacẽsis incẽdij cõsciẽtia cõpũctus/ apud Viceliacũ affixo sibi crucis signo cũ principib⁹ regni & multitudie inumerabili trãsmarinã pegrinationẽ aggredi ꝓponit. Interĩ abbas Clareuallis a papa Eugenio per Gallias missus sua p̃dicatiõe aios fideliũ ad aggrediẽdã viam dñi cõmonebat: cui etiã dei gratia ad signa facienda comes efficax erat.

Ecclesia Tornacẽsis quæ ꝑ ãnos circiter 600 a tẽpore beati Medardi sub epõ Nouiomẽsi sine proprio fuerat sacerdote: hoc ãno ꝓpriũ epm cœpit habere.

Anselmo abbate sancti Vincẽtij Laudunẽsis a papa

Eugenio Rhomę cõsecrato & eidẽ ciuitati ĩ epm de-
stinato.

¶ Fames permaxima grassatur in Gallia: in qua ec-
clesiarum Christi enituit liberalis munificẽtia: q̃ in
sustentationẽ pauperũ multa expenderũt modiorũ
milia. Quo tẽpore in Ligonẽsi parrochia apud Mo-
rinãdũ vbi paupes ĩnumeri quotidiana stipe alebã-
tur: quidã hoies occidisse & eorũ carnes coctas vendi
disse dephensus a paupibus patibulo est appensus.

¶ Apud Nornicũ Angliæ ciuitatẽ Iudęi crucifixerũt
puerũ quẽdã Christianũ noie Vuillelmũ: quẽ etiã fo-
ras ciuitatẽ ab eis sepultũ diuia lux (vt ferũt) sup eũ
emicãs declarauit. Sicq; a fidelibus inuẽtus honora-
biliter est in ecclesia positus.

10 | 10 | 12 | ¶ Cõrado rege in purificatio | 6 | | 1147

ne sanctæ Mariæ Frankenefort cõstituto / abbas Cla-
reuallẽsis tam regi q̃ cũctis fere regni prĩcipibus cru
cis affixit signũ: & socij pegrinationis multiplicãtur
super numerũ. ¶ Naualis dei exercitus ex Anglia /
Flandria / atq; Lotharingia collectus scđo idus Apri
lis de Tredemũde portu Anglię cũ ducẽtis fere naui
bus pfectus / 4 calẽdas Iulij in vigilia aplorũ vlixis
bonã applicuit: & eã post 4 mensiũ obsidionẽ p mul
tas cędes & multã macerationẽ dei virtute & sua in-
dustria capiũt / & cũ de ipis tantũ essent tredeci milia
hostiũ / ducẽta milia & quingenti superãtes ingressi:
cũ hymnis ecclesiã dedicãtes / epm ibi & clericos or-
dinauerũt. Ad corpa ibi occisorũ / tres muti recupera
uerũt loquendi vsum. ¶ Conradus rex mense Maio
cũ multitudine innumerabili & virtute incõparabili
peregrinationẽ aggressus / transito prospere Bospho-
ro dum ad expugnandũ Iconiũ inconsulte diuertit:
consumptis terræ germinibus & deficientibus vi-
ctualibus / suis fame afflictis redit / & prosequentibus
eos Turcis / multa milia suorum amittit.

¶ Rex Francorũ Ludouicus 3 calẽdas Iunij in pen-
tecostẽ pegrinationẽ aggressus / cũ ĩfinitis & expedi-
tis suorũ milibꝰ p Hũgariã pfectꝰ / trãsito Bosphoro

Rhōa. | Frāco | Anglorū | Siciorū. | Hiero | Añ. dñi

occursu Conradi regis excipitur: qui multis suorū ob inopiā repatriātibus paucis comitātibus a Francis benigne susceptus & cū eis aliquādiu est ꝓfectus. Sed ab iperatore Gręcorū a Tiathyra reuocat⁹/ nauibus eius Hierosolymā est euectus.

¶ Ecclipsis solis fuit octauo calendas Nouēbris: die dñica ab hora secunda vsq; ad horā quintā.

11 | 11 | 13 | ¶ Frāci per deserta Syriæ dolo & astu Gręcorū & crebro assultu Turcorū detrimēta maxima patiūtur: & fame nimia cruciati/ quidam equorū & asinorū carnibus vescuntur. Sic cū multo labore & dāno multis fame peŭtibus/ vix tandē Seleutiā venerūt: & inde Anthiochiā & Palestinā nauibus petierūt. | 7 | 5 | 1148

¶ Manuel rex Gręcorū nūcios regis Sicilię quos ad eū ꝓ exequēdo pacis fœdere miserat detinuit mancipatos carcere. Vnde iratus Rogerus misso nauali exercitu Corinthū spoliauit cū quibusdā aliȷs ciuitatib⁹ & castellis ī Gręcia. & infinitā fumens diuersi generis paludamētorū & vestis p̄ciosæ substantiā cum auri & argenti copia captiuauit & de Gręcis nōnulla milia. Cœpit etiā insulā Cursoliū & in eius portu ædificauit forte presidiū.

¶ Citeriores Hispani capiūt Almariā & sequenti āno Tortosam insignes ciuitates Sarracenorū

¶ Aluisus Attrebatēsis eps vir honestæ vitæ & sciētia clarus/ apud Philippolim obit.

¶ Simō quoq; gloriosus Nouiomēsis pontifex/ apud Seleuciā diē claudit. Cui succedit Balduin⁹ Bolonēsis abbas Castellionis. ¶ A papa Eugenio Remis 11 calēdas Aprilis cōsiliū celebratur: in quo hęreticus quidā de Britānia adductus dānatur. Qui nō ꝓphetā vel magnū quēlibet sed noī suo alludēs (Eon enī dicebatur) eū qui vēturus est iudicare viuos & mortuos & sc̄m per ignē se esse dicebat: & de suis quosdā quidē angelos/ alios autē ap̄los faciebat: & ꝓpriȷs angelorū seu apostolorū noībus appellabat. Qui in cōsilio dānatus sub custodia Remensis archiepi non multo post defūctus: vita pariter caruit & memoria.

Rhoa. | Fraco. | Anglorū ... Sicꝛorū | Hiero | Añ. dñi

¶ Cōtra Gillebertū quoqꝫ Pictauorū epm/qui cū esset scolarū magister noiatissimus multa quidē vtilia scripserat: sed quodāmodo noua subtilitate verborū in ipis suis scriptis scādalizabat ecclesiā/multa sunt dicta & disputata. vnde & quędā quę defendere non psumpsit vel nō potuit: ab ipso sunt damnata.

¶ Lauduni 4 nonas Iulij factis tonitruis in monasterio sancti Vincentij monachis diurni officij cursū cōplentibus/duo ex eis subito fulmis ictu corruētes: expirauerūt/ alij quidē tacti vel territi cōualuerunt. Fulmie etiā altaris lintheū adurēte/& sacrariū penetrāte/& de magna cruce partē quoqꝫ claustralis hostij asportāte/tota domus repletur horrore.

¶ In alijs etiā locis homibus seu hoim ædificijs vel aialibus fulmine peūtibus/mala quę solito grauiora Christianis cōtigere sūt signata. Dicūt etiā Hierosolymis in tēplo dñi siue in monte oliueti fulminasse/& eius infortunij hoc presagium fuisse. ¶ In territorio Gebēnensi lupus quidam corporis magnitudine & aimi ferocitate alijs dissimilis/hoies deuorauit: & plusq̄ 30 aias diuersi sexus & ætatis vita priuauit. In alijs etiā locis hoc āno lupi similiter noscūtur opati.

¶ Hildefons⁹ comes sancti Egidij cū nauali exercitu Palestinā applicuit: & cū magnū quid facturus sperarer reginæ (vt aiunt) dolo male potionatus apud Cęsaream Palestinæ moritur. filius eius adolescens quoddā castrū comitis tripolitani patruelis sui igreditur: sed dolo eiusdē cū sorore a Turcis captiuatur.

¶ Obsessa per triduū Damasco a Francis/Germanis Hierosolymitanis/ captis iā muris exterioribus qui ortos ambiebāt cū in breui ciuitas capiēda putaret: dolo (vt aiūt) principū Palestinoꝝ obsidio remouet. factaqꝫ discessione rex Francorū & imperator iterū cōdicto die ad obsidendā Ascalonē cū suis Ioppe cōueniunt. Sed Hierosolymitis minime iuxta cōdictū occurrētibus/imperator Cōstātinopolim nauibus euehitur. rex suis repatriantibus cū paucis Hierosolymis per annū moratur.

Rhoa.	Fraco	Anglorũ		Siculorũ	Hiero	Anni

¶ Rogerus rex Siciliæ exercitũ naualē direxit ad fines Africæ: captaq; insigni ciuitate quę dicit̃ Africa Suilia/Affax/Clipea/alijsq; castris pluribus archiepm Africę qui sub seruitute Rhomã venerat consecrandus/ad sedem suã remittit liberũ.

¶ Sanctæ memoriæ Malachias Hibernorũ epus & apostolicæ sedis legatus/ volũtate dei finē vitæ sortitus/ apud Clareuallē sicut ip̄e p̄elegerat & p̄dixerat locũ sepulturæ accepit. Cui successit Christianus abbas Mellifontis vir plurima sanctitate preditus/ qui eiusdē sancti viri archidiaconus extiterat: & primus abbas de ordine Cisterciensi in Hiberniã ab abbate Clareuallis sacræ memoriæ Bernardo fuerat destinatus.

12	12	14	¶ Papa Eugenius ĩ Italiã regressus/ cũ Rhomanis vario euentu confligit.	5	6	1149

¶ Conradus & Manuel imperatores cõuenientes in Gręcia/expeditionē parãt contra Rogerũ de Sicilia sed exercitibus ꝓfligatis ob famem & aurarũ intemperantiã/ Conradus tanq̃ redditurus repatriauit in Alemanniam.

¶ Henricus Ludouici Francorum regis germanus: contempto mundi scemate pro Christo in Clareualle indutus monachili scemate/prouehitur ad episcopatum ciuitatis Beluagicę.

¶ Ecclipsis lunę fuit vndecimo calēdas Aprilis circa horã nonã noctis/ sabbato ante ramos palmarũ: & ventorũ intēperies secuta est per quatuor cõtinuos dies. ¶ In quarta autē feria ventus maximus & nimia fuit pluuiarũ inũdatio. Qua die ĩ territorio Neomorũ iuxta Gandauũ sacerdos missa celebrata fulmine ictus occubuit: & ĩ territorio Remēsi quidã clericus tēpestate perijt. Tonitrua/fulgura/ grandines/ & tēpestates diuersa hoc ãno hoibus intulerũt incõmoda. ¶ Ludouicus rex Francorũ a Palestina nauigans vt in patriam rediret: Gręcorũ naues incurrit. Cũq; ab eis iperatori Curfoliũ obsidenti pręsentãdus

Rhoa.	Franco	Anglorū		Siculorū	Hiero.	An. dñi

deducitur: Georgius dux nauiū regis Siciliæ eos aggreditur. Siquidē vastatis & spoliatis Grecorū prouincijs/ vsq; ad ipam vrbē regiā Cōstantinopoli accedēs sagittas aureas in palatiū imperatoris iecerat. & incensis suburbanis de fructu ortorū regis violēter tulerat. Vnde rediens naues Grecorū incurrit / captis Ludouicū regē eripuit: sed captos regis obtentu dimittit.

Interim Manuel recepto in deditionem Cursolio Siculorum naues per suos insequitur: & captis nōnullis nauibus rex fuga liberatur & a rege Rogero necnon & papa Eugenio honorifice suscipitur atq; deducitur.

Raymundus princeps Antiochiæ vir cunctis Christiani noīs iimicis terribilis/ calēdis Augusti cōtra Turcos egressus/ multis suorū captis & occisis/ in insidijs eorū & ipe miserabiliter est interfectus. Turci caput ei9 circūferētes/ oia fere castra vel ciuitates q̄ sui iuris erāt in deditionē recipiūt p̄ter Antiochiā. Qui cū & ipam nimis infestarent: rex Hierosolymorū Balduinus contra eos egreditur in Syriam: eisq; perturbatis in redeundo Sarracenorū munitionem circa Damascū capit: & Damascenos in trienniū tributarios facit.

Milites templi Gazam antiquā Palestinę ciuitatē reędificant: & turribus eam munientes/ Ascalonitas grauiter infestant.

13	13	15	Bartholomeus Laudunensis epus 38 āno sui episcopat9	9	7	1150

contēpto mundi scemate Fusinaci induitur monachili scemate. Qui cū sederet aliquando cum ceteris monachis ad collationē/ aspexit quendā monachum tardius atq; lentius alijs aduenientē: nigrūq; paruulum iuxta eum gradientē/ atq; per cuculā eum tenētem. Quod cū abbati retulisset: didicit ab eo q̄ monachus ille valde negligens esset.

Habitis p Franciā conuentibus annuente etiā papa Eugenio vt abbas Clareuallis Hierosolymā ad alios

Rhōa.	Frāco.	Anglorū		Sidorū	Hiero	An. dñi
			ꝓuocandos mitteretur: grandis iterū sermo de ꝓfe-			
			ctiōe transmarina celebrať. Sed p Cisterciēses mona-			
			chos totū cassatur.			
14	14	16	¶ Lauduni fit eps Vualterus	10	8	1151
			abbas sancti Martini/ & Godescalcus abbas			
			de monte sancti Martini Attrebati illustres religiōe			
			& prudētia viri obeūt. Sugerius abbas sancti Diony			
			sij/ Ramaldus Cistercij/ Odo sancti Remigij.			
			¶ Epi obeūt moribus & sciētia clari: Hugo Antissio-			
			dorēsis/ & Iossenus Suessionēsis.			
			¶ Gifridus comes Andegauorū post simultates ha-			
			bitas cū rege Ludouico/ facta pace infra vni9 mēsis			
			spaciū obit. ¶ Obit etiā nobilis & religiosus prīceps			
			& pauperū pater comes Theobaldus. Multi quoq;			
			nobiles hoc āno moriūtur. ¶ Hanc optimorū viroꝝ			
			migrationē forte significauit quod in pago Suesso-			
			nico eodē āno accidit. Cū enī hiemali gelu terra ve-			
			hemēter induruisset: cespis plurimę lōgitudinis & la			
			titudinis de terra subito auulsus/ longe ad aliū locū			
			est translatus.			
15	15	17	¶ Conradus Teutonicorum	11	9	1152
			rex obit: qui cū 15 ānis regna			
			uerit/ bndictionē tamē īperialē nō habuit. Cui Frete-			
			ricus dux nepos eius succedit.			
			¶ Adalbero Treuerorū archieps vir magnanim9 &			
			singularis cēsuræ obit. ¶ Terręmotus fuit in ptibus			
			Italię. ¶ Rex Francorū Ludouicus zelotipię spiritu			
			inflāmatus/ iurata cōsanguitate vxorē suā repudiat.			
			Quā quia cōtra eius volūtatē Hēricus dux Normā-			
			niæ ducit: magna inter eos simultas excandescit.			
			Hac quippe occasiōe ducatū Aquitaniæ amisit rex/			
			emulus autē illius eū obtinuit.			
			¶ Regina Hierosolymorū iusto familiaris ad inimi-			
			cos dei se habēte/ filius eius Balduin9 rex cōtra eā in-			
			surgit/ & obsessis captisq; eius munitionibus in vrbē			
			sanctā intrare ab ipa scdo ꝓhibitus: tandē violēter			
			ingreditur/ eāq; in arce obsidens facta pace Neapo-			
			lim ei dimittit: reliquā regni partē sibi retinet.			

Rhoã.	Frãco.	Anglorũ		Sicilor.	Hiero	Añ. dñi

¶ Massamuti (quos quidã Moabitas dicũt) post vsurpatũ Mauritaniæ regnũ/regẽq̃ patibulo affixũ/etiã regẽ Bulgiæ occidẽtes/regnũ ei⁹ iuadũt: ipamq̃ Siciliã/Apuliã/Rhomã quoq̃ se inuadere minantur.

¶ Illustris vir Radulphus comes Viromãdorũ/obit.

¶ Eugenius papa cũ Rhomanis pace facta/vrbẽ ingredit̃: ibiq̃ cũ eis hoc ãno primitus cõmorat̃.

Rhoã.	Frãco.	Anglorũ		Sicilor.	Hiero	Añ. dñi
Fretericus						
1	16	18	¶ Rex Fretericus expeditionem parat in Italiam.	12	10	1153

¶ Obijt papa Eugenius cui succedit Anastasius.

¶ Rex Francorũ Ludouicus cũ nimio exercitu Normãniæ fines aggressus castrũ Vernũ in deditionẽ recipit.

¶ Interi dux Normãnię i Anglia cõtra regẽ Stephanũ fortiter agẽs/tandẽ cũ eo pacẽ facit: ita vt viuẽte rege post eũ scđs in Anglia mortuo succedat.

¶ Rex Hierosolymorũ regni itegritate potitus/Alcalonẽ Palestinę caput post longam obsidionẽ nõ sine graui dãno & multa suorũ ꝓfligatione tandẽ cępit. Fertur aũt quia cõplures ex militibus tẽpli qui ciuitatẽ se posse capere putabãt ingressi & mox trucidati a paganis fuissent: cęteri obsessores ante crucẽ dñi se ꝓstrauerũt/& diuinũ adiutoriũ cũ multis supplicationibus iplorauerũt: & mox exaudiri meruerũt. Nã Ciuitatẽses diuia virtute exterriti/cũ se nõ posse vltra resistere sensissent vrbẽ Christianis tradiderũt cũ suis abire ꝑmissi. ¶ Venerãdę mẽorię Bernardus abbas Clareuallis/post claros actus & multarũ aĩarũ lucra/post multa fundata monasteria & plurima miraculorum signa exhibita/beato fine quieuit. Ex cuius discipulis cũ plures ad archiepatũ vel etiã papatum ꝓmoti fuerit: ipse tñ nunq̃ eṗus siue archieṗs esse voluit licet electus atq̃ inuitatus & multotiẽs & multis in locis. ¶ Vrbẽ Cameracũ post multorũ ciuiũ captionẽ Theodericus Flandrię comes recepit.

¶ Vir religiosus Vualterus Laudunẽsis eṗs multarũ fundator abbatiarũ migrat ad dñm/& Premonstrati sepelitur: vbi quondã pro Christo pauptatis sum-

Rhõa.	Frãco	Anglorum	Sicorũ	Hiero.	An.dñi
		psit habitũ. cui succedit Galterus Lauduneñ. decanus.			
2	17	19 ¶ Princeps vtilis & strẽnuus	13	11	1154

& actibus clarus Rogerus rex Siciliæ
post isignes de Sarraceis victorias & terras eorũ oc=
cupatas obit: nec inferiorẽ se filiũ Guillelmũ regem
& victoriarũ successorẽ derelinquit.
¶ Regẽ Babiloniorũ quidã de suis principibus inter=
ficit: & inde cũ infinita thesaurorũ copia fugiens/a
militibus tẽpli occidit. & capto filio eius/oĩs illa opu
lẽta & incõparabilis suppellex eorũ cędit vsibus.
¶ Guillelmus rex Sicilię misso nauali exercitu vrbẽ
Taneos in Aegypto vastat & spoliat: vnde magnę
opes auri & argẽti ac ꝓciosę vestis copia multa de=
ducitur. Sed inde reuertẽtes stolum iperatoris Gręco
rũ offendũt: & cũ esset de Gręcis circiter 140 naues
Siculi nũero pauciores eos vincũt/spoliãt & capiũt:
& ĩfinitę opũ diuersarũ copiæ Siculis inde ꝑueniũt.
¶ Massamuti in Italia Puteolis castrũ spoliant/quos
rex Siciliæ ꝑ suos nauibꝰ ꝑsequẽs capit & extermiat.
¶ Rex Fretericus trãsalpinãdo ĩ Italia fortiter agit:
aduersantiũ sibi castra deijcit. ¶ Rex Francorũ Lu=
douicus Henricũ ducẽ Normãnię ad pacẽ recipit.
Qui in breui mortuo rege Stephano/Angliã intrat
& regni integritate potitus/pacẽ antiquã reformat.
¶ Robertus de Botua vir omni plenus nequitia ne=
potũ suorũ castra ingressus/dolose tyrannidẽ exer=
cet ĩ terra. Qui spiritu etiã zelotipiæ succẽsus/ quẽdã
hoĩem suũ satis fidelẽ cũ alio viro & vna muliere ĩ=
tra domũculã cõburẽdos iubet includi. Illi vero ĩstar
antiquorũ triũ puerorũ domo ardente & flãma sup
capita eorũ in modũ lucidę nubis volitante/illesi ꝑ=
manserũt. Quos foras egressos cũ ꝑsequerẽtur: int=
quus ille minister cui dñs suus hoc facinus iniũxerat
& euaginato gladio vnũ ex eis ferire voluisset: repẽ=
te quędam inuisibilis persona retro eũ per comã ca=
pitis apprehendit/ & cũ equo cui sedebat in terram
precipitẽ dedit. Vnde & mox ad sanctũ Iacobũ se itu
rũ esse spopondit: sed & illi quos propria cõseruauit

Rhōa. | Frāco. | Anglorū | Sic'orū | Hiero | Añ. dñi

innocentia/gratiā dei non inuacuū accipientes/vitā suam in melius mutauerūt.

¶ Obit papa Anastasius & eps Albanensis Nicolaus papa fit Adrianus.

¶ Luna passa est ecclipsim 11 calēdas Iunij in posterioribus partibus geminorum

3 | 18 | 20 | ¶ In partibus Burgūdiæ 15 | 14 | 12 | 1155

calēdas Februarij tertia feria ter ī vna nocte fuit terręmotus: quo etiam diuersa ædificia dicūtur fuisse subuersa.

¶ Moritur etiam Gislebertus episcopus Pictauensis/vir religiosus & multiplicis doctrinę: qui psalmos & epistolas Pauli luculenter exposuit.

¶ Ludouicus rex Francorū gratia orationis prexit ad sanctū Iacobū de Gallicia: & ab īperatore Hispanarū socero suo fauorabiliter in Hispaniā susceptus est. ¶ Henricus dux Normānorū 7 idus Decēbris in Angliā transfretans cū magno tripudio clericorū & laicorū exceptus/& 13 calēdas Ianuarij die dñica āte natiuitatē dñi apud Vuestmōasteriū ab oibus electus & in regē vnctus a Theobaldo archiepō Cantuariēsi. ¶ Affuerūt & episcopi omnes Anglici regni/Rogerius archiepiscopus Eboracēsis. Richardus episcopus Lundoneñ. Henricus Vuintoniensis. Robertus Lincoliensis. Galterus Cestreñ. Gislebertus Herefordensis. Robertus Batensis. Ioannes Vuingorniēsis. Robertus Exouiensis. Hylarius Cestrensis. Goscelinus Salesberiensis. Galterus Roffensis. Nigellus Heliensis. Vuillelmus Noruuincensis. Adalulphus Carlinensis.

¶ Affuerunt & de Normānia vir religiosus ac timēs deum Hugo archiepiscopus Rothomagensis. Philippus Baiocensis. Arnulphus Lexouiensis. Herbertus Abrincacensis episcopi.

¶ Affuerunt comites regni illius & regni Francorū.

¶ Theodericus comes Flandrensis: & alij plures.

¶ Facta est ecclipsis lunæ dominica ante natalem domini.

Rhõa.	Frãcorum	Anglorum		Añ. dñi
		Henricus 2		
4	19	¶ Rex Henricus cœpit reuocare in sus proprĩu vrbes castella villas quæ ad coronã regni pertinebant: castella nouiter facta destruẽdo & expellẽdo de regno maxie Flandrẽsi & deponẽdo quosdã imaginarios & pseudo comites. quib⁹ rex Stephan⁹ oĩa pene ad fiscũ ptinẽtia minus caute distribuerat. ¶ Factus est terremotus 15 calẽdas Martij: maxime ĩ Burgũdia. adeo vt ter ĩ nocte festiuitatis sanctę Priscæ virginis sentiret apud Cluniacũ & quoddã castellũ quod erat desertũ / haud ꝓcul a Cluniaco sitũ absorptũ iret in abissũ: & spaciũ in quo castellũ fuerat repleret aqua inestimabilis ꝓfunditatis. ¶ Natus est Lugdoniæ pridie calẽdas Martij feria secũda tertius filius Henrico regi Anglorũ ex vxore sua regina Alience & vocatus est Henricus. ¶ Heric⁹ rex Anglorũ exhereditauit Vuillelmũ Peurel de Notinguenã causa beneficij quod fuerat ꝓpinatũ Ramulpho comiti cestrie in cõsortio hui⁹ pestis plures ꝑcipes & cõscij extitisse dicũtur. ¶ Hoc ãno frequẽter terręmotus per totã quadragesimã accidit in Burgũdia. ¶ Octauodecimo calẽdas Maij feria quĩta / etiã apud montẽ sancti Michaelis terręmotũ sensimus ante solis ortũ. ¶ Mortuo Roberto Exouiensi epõ / successit Robertus decanus Salesberiæ. ¶ Mortuus est Balduin⁹ de Rediuers: & succedit Ricardus filius eius. ¶ Dñica post octauas paschæ / videlicet 4 idus Aprilis Henricus apud Vuarengefort fecit optimates Anglici regni iurare fidelitatẽ / Vuillelmo primogenito suo de regno Anglię: & si idẽ puer imatura morte occũberet Henrico fratri suo. ¶ Sopita discordia quæ erat ĩter regẽ Anglorũ Henricũ & Rogeriũ filiũ Milonis de Gloecestria / ꝓpter turrẽ Gloecestriæ Hugo de Mortuo mari vir arrogãtissimus & de se p̃sumẽs muniuit castella sua cõtra regẽ. Illico rex Henricus obsidet oĩa castella ipsius: id est Bruge / Vuigemore / Clerberi. Quorũ vltimũ post aliq̃tulũ tpis cępit & destruxit.	1	1156

Rhōa. | Francorum | Anglorum | An. dñi

¶ Quintodecimo calēdas Iulij prima hora noctis eclipsis lunæ accidit. ¶ Mense Iulio nonis eiusdē Hugo de Mortuo mari pacificatus est cū rege Henrico redditis castellis Bruge & Vuigemore.

¶ Garnerius abbas maioris monasterij morit: & succedit Robertus natione Brito.

¶ Mortuo Rogerio filio Milōis de Gloecestria, successit ei Vualteri9 frater ei9 in paternā hęreditatē tantū. Nā comitatū Herefort, & ciuitatē Gloecestrię rex Henricus retinuit in manu sua.

¶ Fredericus rex Alemānorū Rhomā perrexit: & ab Adriano papa cōtra Rhomanorū volūtatē receptus & in ecc'ia beati Petri in iperatorē ab eo est cōstitut9.

¶ Volēs aūt vltra ꝑgredi scilꝫ in Apuliā: cōdixerāt eni sibi p legatos suos ipe & Emmanuel iperator Cōstantinopolitan9: qui duxerat vxorē eius vt veniētes ex diuersis partibus pessundarēt regnū Apulię & regē eius Vuillermū mutata eius voluntate in patriā suā se recepit. Nec tamē Vuillermo regi Apuliæ bellū defuit. ¶ Nā Robertus de Baleuilla comes q erat cognatus eius & Richardus de Ling. comes Andrię putātes regē mortuū cū nō esset (egrotauerat eni sed tamē postea cōualuit) per regnū Apulię grauiter debacchati sunt. ¶ Circa festū sancti Michaelis Henricus rex Anglorū habito concilio apud Vuincestrū de cōquirēdo regno Hibernię & Guillelmo fratri suo dando cū optimatib9 suis tractauit. Quod quia mr̄i eius iperatrici non placuit: itermissa est ad tēpus illa expeditio. ¶ Henricus epus Vuintoniēsis clā p̄misso thesauro suo p abbatē cluniacū absq; licētia regis & quasi latēter recessit ab Anglia: illico rex Hēric9 oīa castella eius pessundedit.

5 | 20 | ¶ Henricus rex transfretaturus apud Donrā mare intrauit & apulit apud Vuisant. | 2 | 1157

¶ In purificatione sanctæ Mariæ fuit Rothomagi & in sequenti ebdomada locutus est cū rege Francorū Ludouico in cōfinio Normāniæ & Franciæ: Inde rediens Rothomagū venerūt ad eū Terric9 Flandrēsis

comes & vxor eius amitta ipsius regis & Gaufridus frater eius. Sed Gaufrido nõ suscipiente ea quę illi a rege offerebãtur recessit in Andegauensem pagũ: & rex Henricus e vestigio illũ subsequutus est.

¶ Circa hoc tps inũdatiõe Tyberis facta nõ modica Rhomę in quadã insula eiusdẽ flumis in eccl'iola antiqua inuentũ est in quodã sarcofago corpus beati Bartholomei apostoli totũ integrũ excepto corio qđ remansit Beneuenti quando Otto imperator capta eadẽ ciuitate corpus p̃dicti apostoli trãstulit Rhomã sicut tabulę ercę demonstrant/scriptæ litteris Gręcis & Latinis. quę repertę fuerunt in corpore apostoli.

¶ Repertũ est etiã in eadẽ eccl'ia corpus Paulini Nolani epi. ¶ Gaufridus frater Henrici regis Anglorũ expulso Hoello comite Britãniæ cœpit Nãneticam ciuitatẽ cõsentientibus ciuibus.

¶ Guillelmus rex Siciliæ ciuitatẽ Barũ funditus euertit/pręter ecclesiam sancti Nicolai: quia ciues illius Græcis fauẽtes nequissime cõtra ip̃m cõspirauerãt.

¶ Gręcos etiã terra & mari idẽ rex supauit: & de spoliis eorũ locupletatus est. & ea quę p̃diderat castella & ciuitates in ius p̃priũ reuocauit. Exheredauit etiã comitẽ de Baseuilla cognatũ suũ: quia ab ip̃o desciuerat. Nichilomin9 cũ papa Adriano pacẽ fecit: cõcedendo ei cõsecrationes ep̃orũ regni sui/& ducat9 sicut antiquitus eas habuit eccl'ia Rhomana: vnde discordia fuerat inter patrẽ suũ regẽ Rogeriũ & Innocentiũ & Eugeniũ Rhomanos põtifices. Idem vero apostolicus cõcessit ei regnũ Sicilię/& ducatũ Apulię & principatũ Capuę.

¶ In octauis pentecostes Hugo Rothomagensis archieps/& Rotrocus Ebroicẽsis & Richardus Cõstãciẽsis/& Herbertus Abrincẽsis ep̃i/apud Moretoniũ leuauerũt corpus beati Firmati.

¶ In pago Parisiẽsi cappa saluatoris nostri monasterio Argentoilo reuelatiõe diuia repta est icõsutilis & subrufi coloris. Quã sicut litterę quę in ea reptę indicabãt: gl'iosa mater illi9 fecit eã dũ adhuc puer esset.

Rhōa. | Frācorum | Anglorum. | Añ. dñi

¶ Tertio calēdas Iunij feria 4. vigilia aſcenſionis domini circa meridiē/ꝑ er dimidiā fere horā circulꝰ maximę latitudinis apparuit in circuitu ſolis ignei & cerulei coloris. ¶ Obijt Vuillelmꝰ primogenitus filiꝰ Henrici regis Anglorum & ſepultus eſt Radingis ad pedes Henrici regis proaui ſui.

¶ Obijt nichilominꝰ Adalulphus primꝰ ep̄s decarlol

¶ Obijt etiā Giſlebertus degant:& Simon iuuenis filius comitis Simonis cū careret terra/dono regis Hērici accepit filiā eius vnicā cū honore eius.

¶ Henricus rex Anglorū cœpit caſtrū Mirebellū & Chuionē longa obſidione: Lobdinū vero eſt redditū/quādo pacificatus eſt cū eo Gaufridus frater eius. hac cōditione interpoſita/ ꝙ rex daret ei ſingulis annis mille libras Anglicę monetę:& duo milia librarū Andegauenſiū. Et ita deo fauente diſcordia q̄ diu durauerat inter eos:menſe Iulio ſopita eſt.

¶ Mortuo Alano ep̄o Redonēſi ſucceſſit ei Stephanꝰ abbas ſancti Florentij vir litteratus & eloquens.

¶ Obijt etiā Iugelbādus archiep̄s Turonēſis:& ſucceſſit ei Gotho Brito ep̄s ſancti Briocci.

¶ Cōradus comes de Richemont veniens de Anglia in minorē Britāniā/obſedit vrbē Redonenſē & cępit fugato Eudone vicecomite vitrico ſuo.

¶ Hoc āno fulgura & tēpeſtates mēſe Iulio frequēter in Normānia acciderūt:vnde in pluribꝰ locis meſſis perijt & hoīes fulgurati īterierūt. Subſequuta eſt abūdātia pluuię q̄ cępit medio mēſe Auguſti:q̄ īpediuit & collectionē meſſiū & ſubſequētē ſeminū ſparſionē. Ex qua iugi īundatiōe pluuiarū quę diu durauit: multę turres & eccl'ię & antiq̄ macerię ī Normānia & Anglia corruerūt. ¶ Radulphꝰ de Fulgerijs cępit in quodā cōflictu Eudonē vicecomitē de porrehoit: & hac de cauſa maior pars Britānorū recepūt comitē Conauū in ducē Britāniæ/excepto Ioāne Dolēſi/qui adhuc ꝑ viribus Conauo & coadiutoribꝰ eiꝰ reſiſtit.

¶ Fredericus īperator Alemānorū ducit filiā Vill'mi comitis Maſcoueñ. & cępit cū ea ciuitatē Veſontionē & alias multas:quas pater eiꝰ tenuerat de duce Burgūdię.

Rhoa.	Fracorum		Anglorum	Anni
		¶ Pars tamē honoris illius quędā remāsit Ramaldo comiti patruo eiusdem puellæ		
6	21	¶ Venerabilis Petrus Cluniacensis abbas 8 calēdas Ianuarij ingressus est viā vniuersæ carnis.	3	1157
		¶ Guillelmus rex Sicilię nauali expeditione per admiralios suos cœpit Sibillā ciuitatē metropolim/sitā inter Africā & Babilonē. Est aūt eadē ciuitas caput regni/insulę gerx: in qua idē rex habitatores imisit Christianos/& eis archiepm pfecit.		
		¶ Sabbato infra octauas pasche i Abrincatio villa quę vocat Landa aronis circa meridiē quasi de terra emergens turbo maximus quęcꝫ pxima iuoluit & rapuit. Ad vltimū quasi quędā colūna rubei & cerulei coloris sub turbine ascendēte in sublime stetit: & videbātur & audiebātur quasi sagittę & lāceę in ipa colūna defigi: licet nō appareret intuētibus quis eā agitaret & in turbine qui stabat: sup colūnā apparebant quasi diuersæ species volucrū in eodē volitantiū. ¶ Subsequuta est illico in eadē villa mortalitas hoim inter quos & dn̄s villę occubuit. Nec solū in illa villa sed etiā in multis locis Normānię & finitimarū regionū mortalitas hoc āno grassata est.		
		¶ Monachi claustrales Cluniaci tumultuaria electiōe imo itrusiōe quēdā semilaicū Robertū Grossū cognatū comitis Flandriæ/pro parentela sua elegerūt: reclamantibus maturioribus viris & honestis psonis quę de eodē monasterio ad pastoralē curā assumptæ fuerāt. ¶ Obijt Girardus epus Sagiensis.		
		¶ Henricus rex Anglorū post octauas pasche apud Barbe fluuiū transiuit in Angliā. Et malchonius rex Scotorū reddidit ei qcqd habebat de dn̄io suo: id est ciuitatē Carluith castrū Baembure nouū castrū sup Tynā & comitatū Lodoeñ. & rex reddidit ei comitatū Hūtedome. ¶ Similiter Vuillelm⁹ fili⁹ Stephani regis qui erat comes ciuitatis Cōstantiarū id est Moritonij & in Anglia comes Furreiæ/ id est de Vuarēna ppter filiā tercij Guillelmus de Vuarēna quam duxerat reddidit ei Peneitesel & Noruuich & quic-		

Rhōa. | Francorum | Anglorū | Añ.dñi

quid tenebat de corona sua & omnes munitiones
ꝓprias tam in Normānia q̄ in Anglia.& rex fecit eū
habere quidqd Stephanus pater eius habuit in āno
& die quo rex Henricus auus eius fuit viuus & mor
tuus. ¶ Hugo Bigotus castella sua regi reddidit.
¶ Terricus comes Flandrēsis & vxor ei⁹ amitta Hē-
rici regis Anglorū/prexerūt Hierusalē:& dimiserūt
Philippū filiū suū & totā terrā suā in manu Henrici
regis Anglorū. ¶ Circa festiuitatē sancti Ioānis ba-
ptistę/rex Henricus p̄parauit maximā expeditionē:
ita vt duo milites de tota Anglia/tertiū pararent ad
opprimendū Galleñ.terra & mari.
¶ Agareni ciuitatē Almariā ī Hispania sup Christia-
nos quā amiserāt obsidione cū nōnullis castellis ite-
rū ceperūt:fugato Auforsio imperatore Hispaniarū.
Mors ip̄ius īpatoris subsequuta est prę dolore & pu-
dore eiusdem fugæ:& discordia inter filios suos facta
est. ¶ Deposito Roberto abbate Cluniacēsi & mor-
tuo/& socijs suis ī redditu a Rhōa/Hugo prior clau-
strensis factus est abbas Cluniacēsis.
¶ Ruptis inducijs q̄ erāt inter Balduinū & regē Hie
rosolymitarū/& Loradini filiū Sangū regē Alaxrie
ꝓpter predā Sarracenorū quā rex Balduin⁹ incōsul
te ceperat/Pagani obsederūt ciuitatē Abilinā q̄ anti-
quitus dicta fuit Cęsarea Philippi & oēs vicos destru
xerūt p̄ter pricipalē munitionē.sed tamē aduentu vi-
uificę crucis & exercitu Christianorū recedētib⁹ pfi-
dis ad tēp⁹ iterū venerūt & regē Balduinū qui iā co-
pias sui exercitus dimiserat: nichil minus q̄ insidias
spe rātē imperatū īuenerūt & trucidatis multis ex mi
litibus templi qui soli cū eo remanserant/ idē rex vix
cogi potuit vt recederet. Hunc casum Christianorū
terræmotus subsecutus est maxime in transmarinis
partib⁹.Stolus etiā amiralij Babiloniæ per mensem
vnū obsedit Accaron cū āno p̄terito: & de Babilone
& de Damasco rex Hierusalē habuisset tributū.
¶ Amalricus comes Ioppe frater regis Balduini du-
xit filiā Goscelini de Tornaissel:qui quondam fuerat

Rhoa. | Fracorum | | Anglorū | Añ. dñi

anteq̄ eam Agareni cępiſſent/ comes Rages quā mo
derni nunc Rohais vocāt. ¶ Henricus rex Angliæ
ſubiectis ad libitū Vuallēſib9 & reſtitutis terris & mu
nitionib9 baronib9 ſuis quas tēpore Stephani regis
Vuallenſis ſuper eos ceperāt: extirpatis nemorib9 &
vijs patefactis caſtrū Ronelent firmauit: & dedit il-
lud Hugoni de Bello cāpo/ & aliud caſtrū ſc; Becſū-
gemerce fecit: & inter hæc duo caſtra vnā domū mi-
litib9 tēpli. ¶ Menſe Septēbri natus eſt Henrico regi
Angliæ filius & vocatus eſt Richardus.

7 | 22 | ¶ Fredericus imperator Alemānorū poſt pa | 4 | 1158
ſcha trāſiēs alpes obſedit vrbē nobiliſſimā Mediola-
nū & poſt lōgā obſidionē reddita vrbe & obſidib9 da
tis ꝓceſſit vlterius ad oppreſſionē ſi poſſet Vuillelmi
regis Siciliæ. ¶ Mortuo Seuche rege maiore Hiſpa
niarū /ſucceſſit ei fili9 ſuus natus ex filia Garſiæ re-
gis Nauarrorū. ¶ Moritur etiā Gaufridus archiep̄s
Burdegalēſis vir religioſus & verbi dei ſeminator
egregi9. ¶ Deceſſit nichilomin9 Theobaldus ep̄us
Pariſiēſis. ¶ In feſtiuitate ſancti Ioānis baptiſte Hen
ricus rex Anglorū militarib9 armis accixit apud Car
luid Vuillelmū filiū regis Stephani comitē Morito-
nij & de Vuarēna: quē comitatū habet ꝓpria filia co
mitis de Vuarēna quā duxerat. Qui Vuillelm9 mor-
tuus fuerat in expeditione Hieroſolymitana.
¶ Anno ab incarnatione dñi 1157. 15 calēdas Iulij
proceſſit cōuentus cū abbate ſuo Richardo de Bloſe-
uilla a Mortuo mari miſſus a dño Stephano tūc ab-
bate Mortui maris: & venit in hūc locū qui dicit̄ Bo-
tū ſitū ī territorio Rothomagēſi. Multis nāq; p̄cibus
Matildis īperatrix filia magni Henrici regis Anglię
& mater illuſtris Hērici regis Anglię/ a p̄dicto Ste-
phano abbate Mortui maris obtinuit: vt conuentus
inde mitteret̄ ad cōſtruēdā abbatiā Ciſterciēſis ordis
ad laudē & honorē dei & beatę Marię oīm q; ſanctorū
¶ Mortuo Gaufrido comite Nānetenſi fratre Henri-
ci regis Anglorū menſe Iulio/ Henricus rex menſe
Auguſto tranſfretauit in Normāniā: & locutus cū

rege Francorū Ludouico sup Ettam fluuiū de pace
& de matrimonio cōtrahēdo inter filiū suū Henricū
& filiā regis Francorū Margaritā/& pstitis hic inde
sacramētis/rex Anglorū venit in Argētomagū & in
festo natiuitatis Marię virginis ibidē iussit submoue-
ri exercitū totius Normāniæ vt essent apud Abricas
in festiuitate sancti Michaelis ituri sup Conanū du-
cē Britāniæ/nisi redderet regi ciuitatē Nāneticā quā
iuaserat. ¶ Exinde rex euocatus a rege Francorū/cū
paucis venit Parisius & inestimabili honore a rege
Ludouico & Cōstantia regina/& a pceribꝰ regni ex
ceptus est: gaudētibus Frācis & de pace duorū regū
& de aduētu tanti hospitis tripudiātibꝰ. Ipe aūt ma-
gnifice & dapsiliter se agēs circa oēs & maxime cir-
ca ecclesias & pauperes Christi: nusq̄ in aliqua eccl'ia
cū pcessione voluit suscipi/licet a rege Frācorū imo
pene ab oibus & pcibus & obsecratiōibus vt id age-
ret cogeret. Inde rediens filiā regis Francorū secum
adduxit: & eā ad custodiendū & nutriendū Roberto
de Nouoburgo fideli suo tradidit. ¶ Mēse Septēbri
nono calēdas Octobris natus est filius Henrico regi
Anglorū: & vocatus est Gaufridus. ¶ In festiuitate
sancti Michaelis venit Conanus comes Redonēsis/
& sui Britāni cū eo Abrincas: & reddidit regi vrbē
Nānetis cū toto comitatu Mediæ valēte (vt fertur)
60 milia solidorū Andegauēsis monetę. Inde venit
rex ad montē sancti Michaelis/& audita missa ad ma
ius altare cōcessit eccl'as Pontisursonis sancto Mi-
chaeli & abbati & monachis eiusdē loci pséte Rober
to abbate & Radulpho priore & pluribꝰ aliis. ipa die
prexit ad Pontēursonis/& diuisit ibi ministris suis &
ordiauit quomodo castrū illud reędificaret: inde di-
scedēs cū manu armata prexit ad recipiēdū vrbē Nā-
netis. Qua accepta & disposita ad libitū paucis inter-
positis diebꝰ cū inumerabili exercitu tertia feria ob-
sedit castrū Toarci: & 6 feria eiusdē septimanę cępit.
¶ Post aliq̄tulū tēporis prexit obuiā Ludouico regi
Frācorū veniēti gr̄a orōis ad mōtē scti Michaelis de

Rhōa, | Frācorum | Anglorum | Añ.dñi

periculo maris. Quē ex quo intrauit in ducatū Normāniç deduxit: & suis īpensis decētissime ꝓcurauit.

¶ In festiuitate vero beati Clemētis die dñica venerit vterq; rex ad montē beati archangeli/ & cū magno tripudio tā clerici q̄ populi itū est regi Francorū obuiā. In ipa aūt ꝓcessiōe excepto cōuētu monachorū & clericorū & plebe inumera/fuerūt duo sūmi pontifices/vnus archieps & alter eps & quinq; abbates. Audita missa redierūt Abrincas. Deducēte illū rege & inumeris regiis muneribꝰ tam illū q̄ suos vsq; ad fines sui ducatus ꝓsequēte. ¶ Mense Decēbri cōcordati sunt rex Henricus & comes Blesensis Theobaldus cognatus eiꝰ hoc modo. Comes Theobaldus cognatꝰ regis reddidit regi duo castra Ambaziū & Fractā vallē. Et Rotrocus comes Moritorie sororius eiꝰ: siquidē vnā sororū eius Odo dux Burgūdię. Aliam p̄dictus comes Rotrocus qui vsitatius dicit comes Particēsis/tertius Vuillelmꝰ goiet. Hic inq̄ Rotrocus reddidit Hērico duci castra regi molinas & bonū molinū q̄ erāt dñia ducis Normāniæ: sed post mortē regis Henrici Rotrocus comes pater huiꝰ Rotroci occupauerat ea. Rex aūt Hēricus cōcessit eidē Rotroco Bellismū castrū: & ille fecit regi ꝓpt hoc homagiū.

¶ Eodē āno inuēta sunt trium Magorū corpora/qui saluatorē nostrū infantē adorauerūt in Bethleem in quadā veteri capella iuxta vrbē Mediolanū: & pro timore Frederici īperatoris Alemānorū qui eandē vrbē veniebat obsidere leuata & in ciuitate posita.

¶ Balduinus rex Hierosolymitanus cępit super Paganos Cęsareā magnā Palestinæ haud ꝓcul sitā ab Anthiochia: cępit etiā castrū Harene quod cōmēdauit Remaldo de sancto Vualerico.

8 | 23 | ¶ Rex Henricus egit solēnitatē natalis dñi | 5 | 1160
cū regina Alienora apud Cęsaris burgū: quę paulo ante transfretauerat in Normāniā.

¶ Henricus rex Anglorū & Raymūdus comes Barcinonū apud castrū Blauiā amicitiæ fœdus datis sacramētis hoc pacto inierūt: q Richardus filius regis

filiã comitis tpe oportuno esset ducturus. Et rex du-
catũ Aquitanię illis exactis nuptijs cõcessur⁹. Siqui-
dẽ hic Raymũdus est vir ꝑpotẽs & diues vtpote qui
regnũ Arragonũ habebat ex hęreditate cõiugis suę:
ex paterna autẽ hęreditate comitatũ ciuitatis Barci-
none. Vt enĩ aliquãtulũ ad transacta redeamus/ San-
ctio rex Arragonũ genuit tres filios qui sibi vicissim
successerũt Sanctionẽ/ Aufortiũ/ Remeliũ. Duob⁹ ve
ro primogenitis sibi īuicẽ succedẽtibus & absq; filijs
decedẽtibus/ ne regnũ illud ab extraneis occuparet
Remeliũ monachũ etiã iã senẽ licẽtia Rhomani pon
tificis a monasterio abstractũ regẽ fecerũt: & vt hęre
dẽ haberet Matildẽ matrẽ Vuillẽmi vicecomitis To-
arci illi associauerũt. ex qua genuit vnã filiã quã Ray
mũdus ꝑdictus comes duxit: de qua nata est ista puel
la quã filio regis dixim⁹ copulandã. Et filius eius pri
mogenit⁹ Arragonũ rex futurus. Siquidẽ ipe comes
q̄uis hẽret regnũ Arragonũ & posset rex fieri si vel-
let: oĩno recusauit regnũ/ reseruãs filio suo quod acci
debat ei ex materna genealogia.

¶ Hoc etiã ãno sicut & ꝑcedẽti Fredericus īperator Alemãnorũ vrbẽ Mediolanẽsem obsedit: quia rebel-
lauerãt aduersus eũ ijdẽ Mediolanẽses. Papię & Pla-
cẽtię turres deiecit: & fere oẽm Longobardiã ad libi
tũ sibi subiecit. ¶ Mediãte aũt q̄dragesima/ rex fecit
submoueri exercitus totius Normannie/ Angliæ &
Aquitaniæ ac cęterarũ ꝓuinciarũ q̄ sibi subditę sunt:
quia Raymũdus comes Egroij nollet ei reddere ciui
tatem Tholosę quã rex requirebat sicut hęreditatem
vxoris suę Alienore reginę. siquidẽ Robertus comes
Moritonij vterinus frater Vuillelmi regis qui regnũ
Anglię subiugauit: habuit vnũ filiũ noĩe Vuillelmũ
qui ei successit/ & apud Tenerchebray a rege Anglo
rũ primo Henrico in bello captus est / & tres filias
quarũ vnã duxit Andreas de Vitreio/ aliã Guido de
Laual/ tertiã comes Tholosanus frater Raymundi
comitis sancti Egroij qui ī expeditiõe Hierosolymita
na viriliter se habuit. Genuit aũt ex ea comes Tho-

Rhoa.	Fraco rum	Anglorũ	Añ.dñi

losan9 vnã solũmodo filiã/quã Vuillelmus comes Pictaueñ. & dux Aqtanorũ mortuo pr̃e p̃dictę puellę cũ hęreditate ꝓpria sc3 vrbe Tholosa & comitatu Tholosano duxit vxorẽ: ex qua genuit idẽ Vuillelmus filiũ Vuillm̃ũ noie/qui ei succedit. qui pater fuit Alienore reginę Anglorũ. Si quis autẽ requirit quomõ postea comes sancti Egroij habuit ciuitatẽ Tholosam: nouerit ꝙ p̃dictus Vuillelmus comes Pictaueñ. iuadiauit eandẽ ciuitatẽ Raymũdo comiti sancti Egidij patruo vxoris suę/ꝓpter pecuniã quã idẽ Guillelm9 in expeditiõe Hierosolymitana exponit. vnde idẽ Raymũdus in libro eiusdẽ expeditionis nũc comes sancti Egidij nũc comes Tholosanus vocat̃. Quo mortuo habuit eandẽ vrbẽ Auforsius filius eius qui apud Hierusalẽ mortu9 est eodẽ tẽpore quo Ludouicus rex Frãcorũ gr̃a orõnis illuc prexerat. Similiter etiã Raymũdus filius eius qui ei successit: qui habuit in cõiugio Constantiã sororẽ Ludouici p̃dicti regis Francorũ relictã scil3 Eustachij comitis filij Stephani regis Anglorũ Rex igit̃ Hẽricus iturus in expeditionẽ p̃dictã & cõsiderans longitudinẽ & difficultatẽ vię/ nollẽs vexare agrarios milites nec Burgẽsẽ/nec rusticorũ multitudinẽ sumptis 60 solidis Andegauẽsib9/i Normãnia de feudo vniuscuiusq3 loricę. & de reliquis oibus tã i Normãnia q̃ in Anglia siue etiã alijs terris suis secũdũ hoc ꝙ ei visum fuit. Capitales barones suos cum paucis secũ duxit: solidarios vero milites inumeros. Ad illã vero expeditionẽ cũ reliquis trãsinarinis vẽit Malconius rex Scotię: & a rege Hẽrico cingulo militię ibidẽ accict9 est. Durauit aũt expeditio illa fere per tres mẽses. Et q̃uis rex Henricus cępisset vrbẽ Cadurcũ/ & maior pars ducat9 Tholosani sibi esset subdita vi vel timore: vrbẽ tamẽ Tholosam obsidere deferens honorẽ Ludouico regi Francorũ qui eandem vrbẽ cõtra Henricũ rege Anglię muniuerat & die ac nocte volẽs ferre auxiliũ Raymũdo sororio suo custodiebat. Vnde graues inimicitię inter ip̃m & regẽ Anglorũ ortę sunt: cũ videret sibi regẽ Francorũ nocere

¶ Henricus senior rex Anglorũ tenuit curiã suã ĩ natali Andegauis. ¶ Radulphus de Vẽneuilla archidiaconus Rothomageñ. renũciauit cancellarię regis & rex dedit ei terras magnorũ reddituũ. ¶ Gaufrid⁹ filius regis electus Lincolieñ. factus est cancellarius regis: & renũciauit electioni Lincolieñ. Et rex dedit ei magnos redditus in Anglia & Normãnia & Andegauia. ¶ Ioãnes filius Luce clericus regis electus est in epm Ebroiceñ. ¶ Guihenoc archidiacon⁹ Redonẽsis electus est ad epatũ Vaneteñ. ¶ Abbas scti Remigij Remẽsis/nichilominus electus est ad epatũ Carnoteñ. ¶ Obijt Hẽricus comes Treceñ. & successit ei Henricus filius eius natus ex filia Ludouici regis Francorũ. ¶ Obijt Simon comes Ebroicensis & successit ei in comitatu Ebroicẽsi in Normannia Amalricus filius eius/& in comitatu de Roca/& in terra Frãciæ Simon alter filius eius. ¶ Circa pascha Alienora filia regis Anglorũ vxor Ãsulsi regis de castella pepit filiũ: & vocat⁹ est Seuchius: peperat etiã ante filiã vnã. ¶ Priorissa de Fonte sancti Martini mulier religiosa & magni generis / vtpote soror abbatis Saniguei q fuit nepos Simonis comitis Ebroicensis/ facta est abbatissa sanctæ trinitatis Cadomi. ¶ Circa finẽ mẽsis Iulij Hẽric⁹ rex senior trãsfretauit ĩ Angliã. ¶ Gaufridus dux Britãniæ filius regis Hẽrici despõsauit vxorẽ suã filiã Conani comitis Britãnię. ¶ In solẽnitate paschę apud castrũ quod dicit̃ Mons aureus/ q̃dã mulier infamis cũ acciperet corpus dñi nostri IHESV Christi in ore suo nõ glutiuit illud: imo tulit & posuit in arca sua inuolutũ pãno lineo. Cũ aũt quidã iuuenis amasius eius aperuit eandem arcã/ inuenit hostiã dñici corpis trãsmutatã in effigię carnis & sanguis. Hoc etiã accidit in quadã villa abbatis sancti Petri Carnotẽsis cuidã sacerdoti: cũ teneret corpus Christi in manibus suis ad missam.

¶ Simile miraculũ accidit iterũ ĩ Carnoteñ. epio tpe Roberti epi Britãni: ꝙ quidã rusticus posuit corpus dñi ĩ ora capę suę/ & ibi seruauit illud vsq; ad mortẽ

suã. & tunc ibi inuentũ est in specie carnis. ¶ Idẽ mi
raculũ accidit cuidã mulieri in Flãdria: ꝙ cũ posuis-
set in cista sua/postea inuenit in effigie carnis.
¶ Similiter euenit in Andegaueñ. ciuitate. Cũ quidã
sacerdos cantaret missã/puer paruulus itererat missę/
& vidit idẽ puer puerũ paruũ pulcherrimũ in manu
sacerdotis sacrãtis corpus dñi: qui ꝓtinꝰ exiuit foras
eccl'iam clamãs oĩbus quos iuenit & dicẽs/ venite &
videte mirabilia dei. Et intrãtes ecclesiã nichil vide-
rũt ꝑter speciẽ panis. ¶ Hoc etiã accidit cuidã sanctis
simo p̃sbytero iuxta Fiscãnũ/dũ cantaret missam in
die dedicatiõis eccl'iæ sanctę trinitatis Fiscanni. qui
mittẽs diaconũ suũ vocauit ep̃os qui ad dedicationẽ
couenerũt: & venerũt. Et p̃sbyter tulit i manibꝰ suis
in calice: ita vt erat reuestitus/ & posuerũt illud i al-
tari. Hęc fecit pietas dñi ad cõfirmãdã fidẽ sacramẽ
torũ suorũ in nobis: in quos fines scl'orũ deuenerũt.
¶ Mater Solidani de Iconio veniẽs ad extrema/ re-
uelauit filio suo qđ semp celauerat: scꝫ ꝙ esset Christia
na. & rogauit eũ vt crederet in Christũ qui est dñs &
rex oim scl'orũ/ & ꝙ amaret Christianos: qđ ip̃e spo-
põdit se facturũ. Sed dixit ꝙ nõ auderet ap te crede-
re in saluatorẽ ꝓpter Paganos. Dixit ei mater sua. Fi
li cũ mortua fuero fac michi excelsã sepulturã & pul-
chrã sicut pyramidẽ: & pone sup eã signũ crucis Chri
sti. Cui ille de luce se hoc facere non posse respondit.
Tu fac (inqt mater eiꝰ) de nocte. Quod & factũ est.
In crastino cũ Agareni vidissent signũ illud: idignati
sunt cõtra pricipẽ & volebãt eũ occidere. Tũc quidã
ex ip̃is subleuatꝰ: p machinas conabaŕ deponere cru
cẽ. Qui volũtate dei corruit & mortuꝰ est. Similiter
& alius iterẽptus est alia vice. Tertia die cũ cõuenis-
sent multa milia hoim ad deponendũ ędificiũ illud:
inter quos erat vnus prõptior ad deponendũ illud/
venerũt fulgura & coruscatiões/ & illo primitus pẽ-
pto multa milia pierũt igne diuio. Tũc appuit ãgelꝰ
dñi & clarissimũ signũ crucis posuit sup pyramidẽ
illã: ex quo multi crediderũt in Christũ/ & adhuc cru

cẽ illã venerant & adorant. ¶Arnulphus Lexouieñ
eṗs cũ p 40 ãnos eandẽ ecclesiã rexisset/& in ædifi=
cando eccl'iam & pulcherrimas domos laborasset:re
nũciauit eṗatui/& prexit Parisius suos dies dimidia=
turus apd̃ sanctũ Victorẽ ĩ domib9 pulcherrimis quas
ibi ad opus suũ cõstruxerat. ¶Radulphus de Vãne=
uilla archidiacon9 Rothomageñ. qui fuerat cãcella
rius regis electus est ad p̃dictũ eṗatũ. ¶Anno supio
ri 1181 obijt Alexãder papa terti9:ad cui9 litteraturã
pauci de p̃decessorib9 eius ĩfra centũ ãnos attigerũt
Fuit eni ĩ diuĩa pagina p̃ceptor maxim9:& ĩ decretis
& canonib9 & Rhomanis legib9 p̃cipuus. Nã mul=
tas q̃stiones difficillimas & graues/ ĩ decretis & legi=
bus absoluit & enucleauit. Dedit etiã ei deus hanc
grãm q cũ a beato Petro vsq ad ip̃m fuerint 174
pontifices Rhomani/tres tãtũ p̃cesserũt eũ in nũero
ãnorũ quo Rhomanę ecclesię p̃fuerũt. ¶Beatus Pe=
trus sedit 25 ãnis. Siluester prim9 23 ãnis. Adrianus
prim9 totidẽ. Iste Alexãder 22. Hic etiã tenuit cõciliũ
Turonis ãno dñicę ĩcarnatiõis 1163 in quo Octouia
nũ cũ cõplicibus suis anathematizauit. Cui cõcilio
nos ĩterfuim9. ¶Itẽ aliud cõciliũ tenuit Rhomę ãno
ĩcarnatiõis dñicę 1180: Ad hoc multę cõuenerũt tã
eccl'iasticę q̃ seculares p̃sonę. Inter quas vẽit quidã
ciuis Pisan9 noĩe Burgũdio pitus tã Gręcę q̃ Latiæ
eloquẽtię. Hic attulit euãgeliũ sancti Ioãnis trãslatũ
ab ip̃o de Gręco in latinũ:qd̃ Ioãnes Crisostom9 ser
mone omeliatico exposuerat. Hic etiã fatebat̃ magnã
partẽ libri Genesos a se iã trãslatã. Dicit etiã q Ioã=
nes Crisostom9 totũ vetus & nouũ testamẽtũ Gręce
exposuit. Papa Alexander pręfatus tres scismaticos
qui sibi in scismate ĩuicẽ successerãt fere p 20 ãnos su=
stinuit:sc3 Octouianũ/Guidonẽ & Calixtũ. Illis vero
deficiẽtibus in pace ecclesiæ vitã finiuit. Cui successit
Hubaudus Hostieñ. eṗs dictus Luci9 175 eṗs. Hic
videl3 Hostieñ. eṗs ex antiqua cõsuetudĩe ordĩat &
sacrat põtificẽ Rhomanũ. Quę cõsuetudo exinde ac=
cidit: q martyrizato beato Sixto & sancto Laurẽtio
eius diacono/btũs Iustin9 p̃sbyter cũ clero Rhoma

Rhõa.	Francorum	Anglorũ	Añ.dñi

no elegit Dionysiũ in pontificẽ Rhomanũ quẽ sacrauit Maxim9 Hostieñ eps. Ex hac cõsuetudie exinde Hostieñ.eps ordinat & sacrat Rhomanũ põtificẽ:& habet palliũ solũmodo ad ea q̃ ptinẽt i ordinatiõe & cõsecratiõe Rhomani põtificis. ¶ Eugeni9 papa cõiũxit epatui Hostieñ. Bolitrẽsem:& sic fecit de duob9 vnũ. Similiter fecit de epatu Portueñ. cui iũxit episcopatum sanctæ Rufinę faciens de duobus vnum.

¶ Obijt Rogerius episcop9 Eboraceñ. vir litteratus & idustrius ad augẽdas possessiões terrẽnas. Ecclesiã principalẽ & domos epales nõ solũ Eboraci verũ in oibus manerijs suis cũ redditib9 multũ auxit ac reędificãdo decorauit: intãtũ vt archieps Eboraceñ archiepatui Cantuarieñ fere coequaꝛ. Multas diuitias & nõ sibi pfuturas reliquit. ¶ Obijt Philippus eps Rhedoñ. q fuit prim9 abbas Claremõtis. Hic p reuelationẽ caput ecclię Rhedoneñ solo diruit:& in ea diruptiõe multas pecunias iuenit/ex quibus cœpit reædificare caput p̃fatæ ecclesiæ meliori scematc.

¶ Obijt Hunifredus de Bohim positus i exercitu cũ rege Henrico iuniore: quẽ exercitũ p̃fatus rex i Frãciã duxerat/coadiuuãdo ptes Philippi regis Frãciæ cõtra comitẽ Flãdreñ. ¶ Obierũt Hẽricus abbas Pratelli & Guills abbas sãcti Michaelis vlterioris port9 monachi Becci. ¶ Anno dñi 1181. tertio idus / hora nona diei ecclipsis Solis fuit:& erat pene tertia pars solis obscurata. & ab iitio ecclipsis vsq; ad finẽ spaciũ vnius hore æqualis/& 38 minutorũ. ¶ Eodem anno ecclipsis Lunę vndecio calẽdas Ianuarij scil; feria tertia nocte sequente hora tertia noctis:& paulominus q̃ medietas obscurata/& durauit obscuritas fere per duas horas. ¶ Anno dñi 1175/bis visa est ecclipsis in luna. Primo letania maiore hora prima noctis post diẽ ipm Marci euãgelistę. Secũdo 14 calẽdas Nouẽbris nocte seq̃ẽte feria 3 hora noctis. ¶ Anno dñi 1168/vidim9 ecclipsim i luna i nonis Martij nocte sequẽte hora pria noctis. Eodẽ ãno fuit ecclipsis i luna 4 calẽdas Septẽbris. Et eodẽ anno & mẽse in

sole/id9 Septẽbris circa meridiẽ toto fere obscurato.
A nno etiã 1179 visa est luna ecclipsari 15 calẽdas Septẽ-bris post octauã horã noctis dominicæ..
Anno 1180. fuit ecclipsis i sole quĩto calẽdas Februarij fe-ria tertia. Rex Henricus senior mense Martio trãs-fretauit in Normãniã cũ magna auri & argẽti copia paratus in adiutoriũ regis Frãcię ad cõponendã pa-cẽ inter ipm & comitẽ Flandriæ sicut & fecit.
Obijt Mabilia comitissa Flandreñ. absq; liberis.
Andronius patruus iperatoris Costantinopolitani Alexij idignatus: q ipe duxisset filiã regis Francorũ in vxorẽ/& multos Latinorũ secũ hẽret sibi familia-res: quia ipe erat grecus volebat eos ab iperio eius extermiare. Cõducens ergo Solidanũ Iconij & mul-tos Sarracenorũ frauduleter introierunt ciuitatẽ: & multos Latinos interfecit & a Latinis multi Sarra ceni interfecti sunt. deo tamẽ volẽte / pax inter eos firmata est. Ioãnes eps Pictaueñ. vir magnę litte-raturę & eloquẽtię/ electus ad archiepatũ Narboneñ cũ Rhomã prexisset ppter pdictã bñdictionẽ ãnuẽte papa Lucio clerici prime Lugduneñ. elegerũt eũ in archiepm Lugduneñ. quę sedes habet primatũ sup tres archiepatus. Prima eni Lugduneñ. id est Lug-dunũ est sup Rhodanũ. Secunda Lugduneñ. sup Secanã/id est Rothomageñ. Tertia Lugduneñ. sup Ligerim/id est Turõis. Quarta Lugduneñ. id est Se nonis sup Icãniam. In hoc ãno euenit bis vel ter terręmotus circa festum sancti Michaelis. Hoc etiam ãno magna discordia facta inter regẽ & suos filios ppter castellũ Clareuallis: quod erat de feudo Andegaueñ. & Richardus comes Pictauẽsis latẽter firmauerat illud: & adhuc discordia perseuerat inter patrem & filios propter eandem causam.
Rex Henricus senior misit exercitũ in Britãniã/& obsederũt turrẽ Rhedoneñ. & cepũt: & cõbustã reędi ficauerũt & munierũt. Propt ea comes Britãnie ma-gnã partẽ ipsius ciuitatis cõbuxit: & abbatiã sancti Georgij et Becherel castrũ Rollandi de Dinam.

Rhõa.	Francorum		Anglorũ	Añ. dñi
		¶ Audiuimꝰ a quibusdã ꝙ Ioãna vxor Vuillelmi regis Siciliæ filia regis Henrici regis Anglorũ peperit ei filiũ primogenitũ: quẽ vocauerũt Boamũdũ. qui cũ a baptismate reuerteref: pater inuestiuit eũ ducatu Apuliæ ꝑ aureũ sceptrũ quod in manu gerebat.		
		¶ Et quia de filiabus dñi mei regis Anglorũ cœpi loqui: nõ debeo ꝑtermittere regẽ de castella/quẽ vocãt Auforsum paruũ regẽ/quia adhuc Ferrãt patruꝰ eius viuit: qui si moreretur/ Auforsus prędictus esset rex vniuersarũ Hispaniarũ. Hic Auforsus gr͂a dei & virtute sua duxit charissimã dominã meã & filiolã in baptismate in vxorẽ Alienorã filiã regis Anglorũ: cuius cõsilio & auxilio multa bona ei acciderũt. Nam primũ vrbẽ Cõchas cœpit terrarũ magnarũ matricẽ: & (vt qdã dicũt) cœpit Cordubã ex ꝑte & minuit. & duas ciuitates regis Lupi/Valẽtiã & Muciã/ & multa alia bona fecit: quę ad noticiã nostrã nõ ꝑuenerũt.		
		Tertia vero filiarũ regis/id est Mathildis primogenita nupsit Hẽrico duci Saxonũ & Baioariarũ & Sueuorũ: nec est aliquis homo qui tantas habeat possessiones sicut iste/ nisi fuerit ĩperator aut rex. Nã quadraginta vrbes habet & 67 castella/exceptis pluribꝰ villis. Sed tamẽ cũ esset ꝓximus carne Frederici ĩperatoris Rhõanorũ: ortis inter eos quibusdã simultatibus/cõsilio archiepõrũ & epõrũ regni Alemãniæ qui habent fere oẽs ciuitates indictiõe sua: illius regni ĩperator exulauit eũ quare venit in Normanniã ad regẽ Hẽricũ socerũ suũ cũ vxore & liberis: & rex maximas expensas fecit pro eo quotidie scilꝫ 50 libras Andegaueñ. qui deo auxiliante adhuc terrã suã recuperabit per industriã & fortitudinẽ & diuitias regis Angliæ.		
10	1	¶ Rex Henricus tenuit curiã apud Cadomũ & prohibuit ne aliquis Baronũ teneret curiã sed venirent ad suã. prędictus saxonũ illo venit: & ibi cõuenerũt mille milites & eo amplius.	27	1182
		¶ Obijt Ioãnes Carnoteñ. epũs: & successit ei Petrus qui fuerat abbas sancti Remigij Remeñ.		

Rhoa. | Francorum | Anglorũ | An. dñi

¶ Obit Galterus eps Runifẽsis qui fuit frater Theo=
baldi archiepi Cantuarieñ : & successit Vualerãnus
Baioceñ. archidiacon9. ¶ Obijt pater noster Richar
dus Abrincẽsis eps vir magnę litteraturę tã sęcula=
ris q̃ diuię: morũ honestate virgo ab vtero laudãdus
¶ Obijt Fulco Paganellus: & successit ei Vuillelm9 filius ei9
¶ Obijt Richardus abbas Montisburgi: & successit ei
Robertus prior & monachus eiusdem loci. ¶ Ioãnes
Connũ clericus regis Anglorũ factus est archiepus
Duneline in Hibernia. ¶ Obijt Petrus Carnotensis
eps cui9 loco electus est Raiualdus de Moucon the=
saurarius sancti Martini Turoneñ. nepos comitis
Theobaldi. ¶ Galterius de Cõstantijs/ factus epus
Linconieñ. cõsecratus fuit a Richardo Cantuariensi
archiepo Andegauis in capella dñi regis & in p̃sen=
tia eius. ¶ Obijt Henricus tertius charissim9 dñs no
ster iuuenis rex filius Henrici secũdi excellẽtissimi &
illustrissimi regis Anglorũ apud castrũ Marcel tertio
idus Iunij in festiuitate beati Barnabę apostoli vir p
oĩa plangẽdus: nõ solũ q: erat fili9 charissimi dñi no
stri Hẽrici excellẽtissimi regis Anglorũ secũdi/ verũ=
etiã quia erat pulcherrim9 facie/ honestus in mori=
bus/ dapsilis in muneribus sup oẽs quos ĩ nostra ęta=
te vidim9. qui terrã nõdũ hẽret assignatã q̃uis pater
eius quindeci milia librarũ Andegaueñ. monetæ &
eo ãplius quotãnis daret: sed hoc parũ erat ad explẽ
dã latitudinẽ cordis ei9. In officio militari tãt9 erat
vt nõ haberet parẽ: sed pricipes & comites & etiã re=
ges eũ timerẽt. vẽiẽs ad extrema quia cõsilio prauo=
rũ hoim p bellũ fere p ãnũ deũ & sanctã eius eccle=
siã & patrẽ eius offenderat: pœnitentiã recepit a quo=
dã sanctissimo epo/ & multis alijs & patri suo in extre
mis p litteras mandauit: vt quod offenderat ĩ deũ &
sanctã ecclesiã pro eo emendaret/ & matris suæ regi=
næ Anglorũ & vxoris suę sororis Philippi regis Frã
corũ & militũ suorũ & seruientiũ misereretur: quibus
multa promiserat : nec eis aliquid pręuentu mor=
tis dare poterat. Disposuerat ante mortem suam

Rhõa. | Francorum | Anglorũ | Añ. dñi

vt corpus eius in ecclia beatæ marie Rothomageñ. sepeliret: vbi iacẽt primi ãtecessores sui Rollo & Vuillelmus Longa spata filius eius duces Normãnorũ. ¶ Vuillelm⁹ etiã comes patruus ei⁹ vir p oia plangẽdus. Sed cũ seduceret funus eius Richardus Cantuarieñ. archieps & multę alię eccliasticæ psonę & multi cõsulares & excellẽtissimi nois viri: venerũt Senomaneñ. & in ecclia beati Iuliani corpus eius posuerũt. ¶ In crastino Senomañ. maxime ciues sepelierũt eũ in eodẽ loco cõtra volũtatẽ & appellationẽ eorũ qui corpus ei⁹ deducebãt. Quo audito pater eius iratus nõ solũ pro eo ꝙ corpus filij sui cõtra voluntatẽ eius ibi sepelierãt: sed eo multo amplius ꝙ ab obsidione castri Lemouiceñ. recesserant sine licẽtia eius ne dicã volũtate / iussit corpus effodi & in ecclĩã Rothomageñ. deferri. vnde ab archiepis Rothomageñ & Cantuarieñ. & epis Normãnię & abbatib⁹ & alijs religiosis psonis ad sinistrã partẽ altaris beatę Marię honorifice sicut tantũ virũ decebat tumulatus est.

¶ Obijt venerabilis vir Albertus Aleteñ. eps quẽ moderni de sancto Madomo vocãt: cui⁹ epatus antiq̃tus ciuitas alita vocabat. ¶ Magister Girardus cognomẽto puella / vir magnę litteraturę & honestatis electus est i epatũ Cestreñ. quę epatus habet tres sedes / Cestreñ. Coneitẽsem / Licifellensem. ¶ Henricus frater Egidij de Folerio nepos abbatis Fiscãni / electus est ad archiepatũ Bituriceñ. ¶ Iterũ Androinus expulit nepotẽ suũ Alexiũ iuuenẽ ĩperatorẽ de vrbe Cõstantinopolitana: & captũ tandẽ demersit in mare ipm & matrẽ & sororẽ eius. quibus de medio moriẽdo sublatis Andronicus qui tyrannice arripuerat imperiũ: pcepit primogenito filio suo Manuel vt acciperet vxorem Alexij imperatoris defuncti / sororem Philippi regis Francorũ / & haberet cum eo dignitatem imperij. Quod cum vir honestus renueret: proiecit eum in vincula. & accepit illam & contraxit incestum coniugiũ (si cõiugiũ vocandũ est) & fecit coronari secũ filiũ suũ iuniorẽ calo Ioannem.

Rhōa. | Francorum | | Anglorū | Aū. dñi

¶ Cū aūt Latini occiderētur per crudelitatem istius Andronij quidam Cardinalis Rhomanę ecclesię Ioannes noīe quē Rhomanus pontifex miserat Cōstātinopolim ad petitionē Manuel īperatoris qui erat vir religiosus/& volebat p prędicationē illius cardinalis reuocare ecclesiā Gręcorū ad instituta & subiectionē Romanę ecclesiæ. Hic inq̄ Ioānes cū Latini occiderētur: erat in hospitio suo/venerūtq; ad eū quidam religiosi viri suadere ei vt discederet ne occideret. Quod cum audiret dixit. Absit hoc ne fiat. Ego hic sto pro vnitate ecclesiæ: & pręcepto papę Alexandri dñi mei. Tūc irruētes in eū Gręci pfidi occiderūt eū: & ligantes canē cū eo. ita q̄ cauda canis esset ī os eius/traxerūt p vicos ciuitatis: & facta fouea ibi cōbuxerūt eū/& postea viri religiosi de fouea tulerūt corpus ei9/& optime sepelierūt illud. vbi fiūt crebro miracula. ¶ Christian9 Magūcieñ. archieps obijt: qui se nō habebat secūdū morē clericorū sed more tyrāni exercitus ducēdo & Brebēsones & multa mala fecit ecclesiæ Rhomanæ/& hoībus sancti Petri & quibusdā ciuitatibus Longobardiæ q̄ erant cōtrariæ īperatori Alemāniæ dño suo.

¶ Obijt charissimus dñs noster Rotrodus Rothomagensis archiepus. ¶ Obijt Vuillelmus comes Gloecestriæ sine heredib9 absq; trib9 filiab9, quarū vna est comitissa Ebroiceñ: altera vxor comitis Vuillelmi de Clara. Tertia est in manu dei & dñi regis & cui voluerit dabit eā. ¶ Vuillelmus decan9 Baioceñ. electus est ī epatū Cōstācieñ. ¶ Vuills decan9 canonicorū sancti Petri de Curte q̄ est capella regis apud Cenomaneñ. vrbē electus est ad epatū Abrinceñ.

31 | 2 | ¶ Rex Hēric9 tenuit curiā suā apd Cadomū. | 28 | 1183

¶ Obijt Richardus Cantuarieñ. archiepus. ¶ Obijt etiā Girardus magnę religionis & litteraturę vir Cestreñ. eps. ¶ Anno supiori appuit dña nostra mater mię sancta Maria: cuidā fabro lignario opus faciēti in quadā silua/& obtulit ei sigillū iconiæ suæ & filij sui saluatoris nostri cuius sic cōscriptio erat.

Rhōa.	Francorū		Anglorū	Añ. dñi
		Agn9 dei qui tollis peccata mūdi dona nobis pacē: & dixit ei/ vt ferret illud sigillū ad epm Podieñ. vt pdi= caret in puīcia sua & alijs circūquaq; vt oēs qui vel= lēt pacē tenere sanctæ ecclię & filijs suis facerēt hmōi sigilla. & portarēt in signū pacis & facerēt alba pua caputia ad ostētationē pacis & īnocētiæ/ & dato sacra mēto pacē tenerēt & īimicos pacis destruerēt qđ & fa ctū est. Nā multi epi & cōsules & viri cōsulares & me= diocres/ & paupes hāc sectā tenētes/ pacē tenēt & ini micos pacis psequūtur. ¶ Obijt Vuillelm9 de vecit. ¶ Obijt Vuillelm9 de Lācastre magnę honestatis & possessionis vir.		
12	3	¶ Rex Hēricus tenuit curiā suā apud Cenoma neñ. ¶ Dñs noster Vualterus Liconieñ eps/ fact9 est archieps Rothomageñ ¶ Luci9 papa i capite ieiunij id est feria 4 cinerū ordinauit plures cardinales: iter quos magistrū meliorē psbyterū cardinalē quē etiā fecit camerariū suum. Et electū Doleñ diaconū/ & magistrū Radulphū Nigellū charissimū amicū nostrū/ magnę hone= statis & litteraturę & religionis virū. ¶ Fredericus īperator Rhomanorū fecit ordinari vnū filiorū suorū nō priogenitū sed secundū in regē Germaniæ. ¶ Rex Anglorū Hēricus sa= piētia & diuitijs suis acqsiuit sororē regis Portugaleñ Hispanię: ad hoc vt fieret vxor comitis Flandreñ co gnati sui. Venit ergo ad comitē Flandreñ in abūdā= tia auri & argēti. Hui9 pater licet grandeuus adhuc viuit: qui in iuuētute sua sup Agarenos adiutus ab Anglis & Normānis ciuitatē Vlixbonā quā vulgarit vocāt Lissebone. Ad quā trāstulit de Valētia corpus bti Vicētij leuitę & martyris vt qdā dicūt: sed Amo= ni9 monachus de trāslatiōe eiusdē corpis scti marty= ris tpe Caroli ipatoris facta/ aliter loquit. Fecit eandē ciuitatē pmissiōe papę archiepatū: cui subdidit sex ali as ciuitates quas acqsierat. ¶ Balduin9 Vuigornieñ eps cōsecratus est in archiepatū Cātuarieñ. ¶ Obijt Vualerānus Roseñ. eps & capellan9 archieps Can= tuarieñ cui successit Gislebertus archidiacon9 Lexo= uieñ. ¶ Hugo de Noñ. archidiaconus Lexouiensis electus est in episcopatū Cestrensem.	29	1184

Rhõa.	Francorum		Anglorũ	Añ. dñi
33	+	¶ Petrus Girardus factus est eps̃ Maclouieñ.	30	1185

¶ Magna discordia facta est inter Philippum
regẽ Francorũ & Philippũ comitẽ Flandreñ.
ꝓpter comitatũ Viromandeñ. Sed rex Francorũ ex
omni potẽtatu suo cõgregauit ĩfinitũ exercitũ:& co-
egit comitẽ ad faciendũ volũtatẽ suã. ¶ Obijt Roge
rius eps̃ Sagieñ. qui multũ emẽdauit matrẽ eccl̃iam
& totũ dñiũ suũ: reliquit etiã ĩmensas diuitias in au-
ro & argẽto sibi nõ ꝓfuturas. ¶ Obijt Robertus ele-
ctus Montisburgi: & successit ei Vuillelm⁹ monach⁹
eiusdẽ loci. ¶ Ioãnes iunior filius regis Anglorũ quẽ
vocãt sine zerra: q̃uis multas & latas habebat posses-
siones & multos comitatus/trãsiuit in Hiberniã grã
dei ꝑmittẽte rex futurus in illa patria. ¶ Obijt Rober
tus eps̃ Nãneteñ vir magnę honestatis & amicus no
ster cũ rediret de Hierusalẽ. ¶ Obijt Gaufridus Cor-
nubieñ eps̃. ¶ Abbas Ponteniaceñ fact⁹ est eps̃ Atrebateñ.
¶ Theobaldus abbas Cluniaceñ fact⁹ est eps̃ cardinalis Hostieñ.
cui successit filius comitis de Claromõte. ¶ Hic prius
fuit abbas cuiusdã abbatiæ ordinis Cistercieñ. Inde
trãslatus est ad abbatiã Flauiaceñ. Inde exortis qui-
busdã causis factus est abbas sãcti Luciani martyris
primi epĩ Beluaceñ ciuitatis. Exinde (vt dixim⁹) fa-
ctus est abbas Cluniaceñ. ¶ Interim facta est magna
cõmotio & cõcertatio inter Philippũ regẽ Frãcorũ
& Philippũ comitẽ Flandreñ. Comes enĩ Flandreñ.
cõfusus pudore quia fecerat volũtatẽ regis de comi-
tatu Viromandeñ. repletus ira & indignatiõe vertit
se ad regẽ Germanię filiũ Frederici Rhomani ĩpera
toris vt iuuaret eũ: & fecit ei hominiũ de Flandreñ.
comitatu. vnde magna tribulatio exorta est in toto
regno Francorũ. ¶ Anno p̃terito obijt Balduinus
rex Hierosolymitanus vir honestus & religiosus &
potẽs cõtra Sarracenos: licet elefantiosus. Nec hoc
mirũ est: quia flagellat deus omnẽ filiũ quẽ recipit.
Huic successit nepos eius Henricus natus ex sorore
sua/cuius pater fuit Vuillelmus filius comitis Mõtis-
ferrati/qui fuerat natus ex nepte Frederici ĩperatoris
Rhomanorũ: & postea come Iopeñ. duxit matrem

Rhõa.	Francorum	Anglorũ	Añ.dñi
	prędicti Henrici regis/qui seruat p̄dictũ iuuenẽ regẽ		
	& regnũ eius quousq; pueniat ad pfectã ætatẽ.		
	¶ Obijt Bartholomęus vir venerabilis eps Exoueñ.		
	¶ Obijt Iocelinus Salesberieñ eps. ¶ Obijt Lucius		
	papa Rhoman9 cui successit Imbertus Mediolaneñ		
	archieps vocatus Vrban9 terti9 papa Rhõan9 1 8 5.		
	¶ Dñs Vualterus Rhothomageñ archieps ĩpetrauit		
	a dño Hẽrico rege Anglorũ/vt abbatia sancti Elesij		
	quæ est in ĩsula Grisosii quã Guillelmus filius Hãni		
	fecerat: in eadẽ insula cõsilio & auxilio dñi regis iũ=		
	geretur abbatię de Voto quę est iuxta Cęsarisburgũ		
	quã imperatrix mater Henrici regis ædificauerat.		
	Erat aũt tripliciter ditior tam in Normãnia q̃ in An		
	glia q̃ abbatia de Voto. Erat autẽ vtraq; de ordine		
	canonicorũ regulariũ. Facta est itaq; abbatia de Vo		
	to mater & caput: habẽs & p̄niter possidẽs abbatiã		
	de insula & oĩa sibi ptinẽtia. Prędictus vero archieps		
	Rhothomageñ. fecit in eadẽ abbatia abbatẽ suũ ca=		
	pellanũ: qui erat canonicus eiusdẽ ordinis.		
	¶ Quidã enĩ cõstabularius dñi regis Henrici Osber=		
	nus de Hosa noĩe: qui castrũ Cęsarisburgi cũ patria q̃		
	ad illũ ptinet: custodiebat iussu dñi regis Henrici.		
	Aedificauit in eadẽ abbatia de Voto domũ pulcher=		
	rimã officinas idoneas in se cõtinentẽ ad opus suũ:		
	in qua post ãministrationẽ dñi regis/q̃diu vixit satis		
	honeste cõuersatus est. Ipe vero ante octo dies mor=		
	tis suę factus canonicus: pmissione dñi regis eidẽ ab=		
	batię dedit 32 marcas auri. Dedit etiã p̄dictę abbatię		
	cẽtũ libras Cenomañ ad augẽdas possessiões eiusdẽ abbatię.		
	Dedit etiã eidẽ abbatię 60 marcas argẽti ĩ plata & totidẽ ĩ va		
	sis. ¶ Prędictus archieps trãstulit magistrũ Vuillm		
	Hubaudũ qui erat abbas Grestẽ & monachus Becci		
	ad abbatiã sãcti Martini Põtisare: q̃uis abbatia Gre=		
	stem tripliciter esset ditior q̃ illa. Sed pp̄ter affinitatẽ		
	vel familiaritatẽ quã habebat erga illũ/ et quia erãt		
	compatriotæ: voluit ipm habere iuxta se. ¶ Dñs rex		
	Henricus tenuit curiã suam ad natale apud Dõnũ=		
	frontẽ. ¶ Henricus de Brachauilla supprior Toarni		
	factus est abbas Sagieñ. ¶ Apud vrbẽ Parisiorũ in		

Rhōa.	Frācorum		Anglorū	Añ.dñi
		quodā monasterio sancti Stephani ꝓthomartyris ī=		
		ueniūtur reliquię de capillis sanctę mariæ 32/brachiū		
		sancti Andreæ apostoli/caput sancti Dionysij marty		
		ris eiusdem vrbis episcopi.		
34	5		31	1186
35	6	¶ Factū est pręliū in Palestina Christianorū	32	1187
		cōtra Paganos: in quo Christianorū mortui		
		sunt mille 21 & quingenti homines.		
		¶ Crux sancta a Paganis capta/& Guido rex Hiero=		
		solymitanꝰ & tota terra Saladino est reddita: excep=		
		tis Tiro & Tripoli & Antiochia & paucis alijs.		
		¶ Eodē āno natus est Ludouicus filiꝰ Philippi regis		
		Frācorū. ¶ Obierūt Osbernus abbas Becci/& Vual=		
		terius abbas sancti Vuandregisili.		
36	7	¶ Fredericus iperator cū multis suorū/ Phi=	33	1188
		lippus rex Francorū/ Henricus rex Anglorū		
		& Richardus filius eius cruces acceperūt: vt		
		subuenirent Christianis in Palestina. Et fa=		
		ctus est numerus signatorū magnus.		
37	8	¶ Fredericus ipator egressus est de terra sua	34	1189
		cū exercitu magno vt subueniret Christianis		
		in Tyro & Tripoli & Antiochia laborantibus: & vsq;		
		ad Antiochiā viā sibi & suis cōpauit. ¶ Eodem āno		
		Obijt Hēricus secūdus rex Anglorū filius iperatricis		
		2 nonas Iulij: qui regnauit ānis 34/mēsibꝰ sex. Suc=		
		cessit ei filius eiꝰ Richardus vir magne ꝓbitatis: vn=		
		ctus in regē quarto idus Septēbris.		
1	9	¶ Obijt Robertꝰ abbas Gemet. 4 idus Iunij	35	1190
		¶ Eodē āno pridie idꝰ Iulij successit Rogeriꝰ celariꝰ.		
		¶ Eodē āno Philippus rex Frācorū & Richardꝰ rex		
		Anglorū cū multis milibus armatorū egressi sunt de		
		terris suis/vt subuenirent Christianis in Palestina		
2	10	¶ Richardꝰ rex Anglorū & Philippꝰ rex Frā=	1	1191
		coꝝ mare trāsierūt. ¶ Pręcesserat eos Iacobꝰ de Auē=		
		nis cū 7 nauibꝰ. Cuiꝰ auxilio rex Guido q a captiui=		
		tate redierat Acrā vrbē iā obsederat. ¶ Erat aūt cū		
		eis dux etiā Campanię Henricus cū multis alijs.		
		¶ Rex Philippꝰ ad obsidionē vēit. ¶ Rex aūt Richar		
		dus vir isignis ꝓbitate Cyprū insulā armis itrauit &		
		acqsiuit: dñm isulę illiꝰ qui dicebat ipator cū filia eius		

Rhōa.	Francorū		Anglorū	An. dn̄i.
		cū equo eius mirabili & cū thesauris in ius suū redegit. Deinde cū p mare veniret acrā/iuenit nauē Paganorū pmaximā quā Dromontē dicūt:& cū oib9 q̄ in ea erāt in pfundū maris eā submergi fecit. Quę si ad subsidiū Paganorū puenire potuisset: sine dubio ciuitas capi nō potuisset. ¶ Eodē āno obijt Rogerus abbas Gemet. quarto calēdas Nouēbris: cui successit eodē āno Richardus de Mara eiusdē loci monach9 decimoseptimo calendas Ianuarij.		
3	11	¶ Macra ciuitas regib9 Christianorū reddita est tertio āno ab eo quo obsessa fuerat. ¶ Philippus rex Francorū mox redijt: Richardo vero regi Anglorū remanēti redditę sūt vrbes Iannia/Cęsarea & Ascalon. Quo dū transiret cōflixit cū Sarracenis. Erat aūt ipse semp in primo cōflictu. Portitores necessariorū in medio/Iacobus de Auenis in extremis: igitur supuenietib9 Sarracenis/Iacob9 & nepotes eius i p̄lio ceciderūt. Richard9 vero rex hoc audiēs magno dolore pmotus equo currēte mox redijt:& oēs inimicos dei in fugā cōuertit.	2	1192
4	12	¶ Richardus rex Anglorū rediēs in terrā suā in terra iperatoris Alemānorū captus est a quodā duce Austrasiorū:& tandē traditus iperatori. Dū ibi captiu9 teneret/Philippus rex Francorū Gisortiū & vicina ei castella p cōsensū pditorū cœpit: Rothomagū quoq; vrbē obsedit/sed eā capere nō potuit.	3	1193
5	13	¶ Distracti sunt thesauri ecclesiarū p totā terrā regis Richardi: calices etiā fracti & venūdati & missa sunt p̄cia eorū i Alemāniā p redēptiōe regis Richardi 30 milia marcharū iperatori. Cęteris vero infinitā pecuniā. Cūq; adhuc captiu9 teneret/Philippus rex Francorū obsedit Rothomagū: sed capere nō potuit. Ciues eni viriliter se defendebāt:& cęteri Normāni eos adiuuabāt. Vernoliū quoq; obsedit sed capere nō potuit. Cūq; adhuc castrū obsideret/venit rex Anglorum.	4	1194
6	14	¶ In Hispania pugnauerūt Sarraceni contra regē Castelle:& facta est plaga magna tā Sarracenorū q̄ Paganorū duob9 dieb9. Prima die neutri	5	1195

Rñoa.	Francorum		Anglorū	Añ.dñi
		parti ceſſit victoria. Secūda die quędā pars Chriſtia=		
		norū fugauit Sarracenos: reliqua pars circūuēta eſt		
		a Sarracenis & oppreſſa. Qui euaſerūt/in Lardo ca=		
		ſtro ſe receperūt. & reddito caſtro & quibuſdā alijs ad		
		regē ſuū tandē deuenerūt: & modico tpe pax fuit re=		
		gibus Francorū & Anglorū.		
7	15	¶ Britões rebellauerūt cõtra regē Richardū	6	1196
		ſub noīe Arturi pueri: & coacti ſunt ab eo da		
		re obſides pacis. Eodē āno Philippus rex Francorū		
		obſedit caſtrū quod dicit̄ Arbamarla: & cū graui dā=		
		no ſuorū euertit. Richardus vero rex partē terrę ſuę		
		iā recupauerat: ſed eodē āno iterū amiſit Nouācourt		
8	16	¶ Archieps Magūtiæ cū multitudine Alemā	7	1197
		norū & cū rege Hūgarię & regina/ ꝓfect9 eſt		
		in Paleſtinā cõtra Sarracenos: & obtinuerūt Baruc		
		& quaſdā alias vrbes & regē Chriſtianorū creauerūt		
		Hānericū.		
9	17	¶ Aedificatū eſt caſtrū apud Andeliacū pſe	8	1198
		uerāte adhuc bello. ¶ Eodē āno obijt Richar		
		dus abbas Gemet. in feſto Fabiani & Sebaſtiani.		
		¶ Et ſequēti mēſe Februarij idib9 eiuſdē mēſis/elect9		
		eſt Alexāder abbas qui prior fuerat eiuſdē monaſte=		
		rij prima dñica quadrageſimę cõſecratus. ¶ Eodem		
		āno rex Richard9 celebratio Gemetico fuit. ¶ Eodē		
		quoq; āno ad petitionē Alexādri abbatis dedit Ri=		
		chardus rex eccleſię Gemeter mercatū apud Ducla		
		rū & cartā fieri p̄cepit ip̄e pro excābio Pontis arche		
		Touteuillā dedit ¶ Eodē āno archiepī & epī & duces		
		īperij defuncto īperatore ſuo elegerūt īperatorē Ot=		
		tonē nepotē regis Richardi fratrē Henrici ducis Sa		
		xonię: Richardus vero rex cū multis expēſis eū ad ī=		
		periū trāſmiſit. O laudabilis viri laudabile factū/ qui		
		totū mūdi īperiū nepoti ſuo cõparauit. Nōdū tamen		
		īperator noīatus eſt/ſed rex tantum.		
10	18	¶ Obijt Richard9 rex Anglorū cū dolore ſuo	9	1199
		octauo idus Aprilis: & ſepultus eſt ad pedes		
		patris ſui apud Fontenallē. Cor illius ex p̄cepto eius		
		Rothomagū delatū eſt: & honorifice ſeplt̄ū. Regna		
		uit aūt ſatis laborioſe ānis decē: ſucceſſit ei eodē āno		

Rhōa. | Frācorum | Anglorū | Añ. dñi

frater eius Ioānes: in ascēsione dñi coronatus. Hic Gemeticeñ. ecclesię reddidit Pontëarchę/& Touteuillā resūpsit. Couenerūt aūt ad eū vna die 15 comites/iter quos erāt comes de Bar/comes Flandreñ. & comes Bolonię/& oēs cōtra regē Francorū cōiurauerūt.

1 19 ¶ Ioānes rex Anglorū pacē fecit cū Philippo 1 1200
rege Francorū hocmodo. Dedit ei 30 milia marcarū argenti/tria quoq; castella in Biturico. Castellum Radulphi de Doloribꝰ/Isodunū & Crasselanul. Partē quoq; Normānię quā p̄fatus Philippus rex occupauerat ei in pace dimisit: videlicet Gisortiū/Vernonē Gailloniū/Paccetū vrbē Ebroiceñ. cū oibus ptinētijs suis Ibreiū et Nouācurtū. Neptē quoq; suā filiā regis Castelle/honestissimā corpore & moribꝰ virginē Blādā noie/Ludouico filio p̄fati regis Frācorū in cōiugē dedit ebdomada dñicę ascensionis. ¶ Eodē quoq; die Philippus rex Frācorū Ioāni regi Anglorū reddidit Arturū nepotē suū principē Britonū. Qui hominiū patruo suo Ioāni regi fecit: & Britāniæ Armoricane ducatū ab eo accepit. Deide p̄fatus rex Ioānes collecto exercitu aggressus est expugnare eos qui ei rebelles fuerāt: in pago Cenomanico Andegaueñ. et Pictaueñ. Pacificatisq; ad votū oibus Vuasconiā intrauit. ¶ Eodē āno obijt Vuillelmꝰ filius Radulphi senescallus Normāniæ: cui successit Garinus de Glapiū senescallꝰ. ¶ Dñs papa Innocētius quadragesimū nummū reddituū ad subsidiū terrę Hierosolymitanę petijt. ¶ Vrbs Rothomageñ cū ipa matre ecclesia graui incēdio corruit. ¶ Rex Ioānes repudiata vxore sua filia Vuillelmi Masouache comitis Claudiocestrie ,ppter manifestā gñis ,ppinqtatē aliā duxit filiā ducis Engolismēsis. : & pacificatis ad votū oibus/citra mare trāsijt in Angliā. ¶ Eodē anno terra Roberti pegrini de bosco Heroudi ad dñm Meticeñ. datis 40 libris Andegaueñ & 40 solidis ānui redditꝰ ¶ Eodē quoq; āno obijt Albertꝰ Damarturi comes/& sepultꝰ est apđ Gemet. āte altare sācte Marię vir apđ deū & hoies valde clarus. Obijt aūt 13 calēdas Octobris filius eius Reginaldus comes Bolonię pro remedio animæ eius de li-

Rhõa.	Francorum		Anglorũ	Añ. dñi
		Gemet. ecclię vndecĩ libras ãnui reddit9 apud Iuliã		
		bonã in ppetuã elemosinã in feudo Vaschet.		
2	30	¶ Vuillelmus de Vado miles vendidit/vel po	2	1201
		tius accepta charitate 13 librarũ & vni9 equi		
		albi in ppetuã elemosinã dedit deo & Alexãdro ab=		
		bati & monachis Gemet. tertiã partẽ terrę quã habe=		
		bat apud Duclarũ: & vniuersa q̃ ad terrę illius tertiã		
		partẽ ptinebãt in hoibus & oblatiõibus & redditib9		
		siue ptinẽtijs. ¶ Eodẽ quoq; ãno videlz 1201 Roge=		
		rius Torel miles illustris Vulcasineñ. territorij dedit		
		ecclesię Gemet. in ppetuã elemosinã apud Giseneas		
		16 & dimidiã acras terrę arabilis/& 7 acras nemoris		
		& in manu Vualteri archiepi reddidit: archieps vero		
		Alexãdro abbati & monachis dedit & cartã tam suã		
		q̃ supradicti militis fieri pcepit: nõ solũ de iã dicta do		
		natiõe: sed & de oib9 q̃ a pdecessorib9 sepę dicti Ro=		
		gerij data nobis fuerãt. vt deiceps tãq̃ pura elemosia		
		per iustitiã archiepi oia tenerẽtur. ¶ Pro hac aũt do=		
		natiõe Rogeri9 Torel accepit ab Alexãdro abbate		
		noie charitatis 30 lib[illegible]as Andegaueñ. & equũ vnum		
		album. a Vuillelmo [illegible]ro de Lunda tunc cellarario		
		duorũ militũ vesti[illegible]a de Estanfort sui vide=		
		licet & alterius militis.		
3	31	¶ Anno verbi ĩcarnati iterũ bellũ fuit inter	3	1202
		regem Francorum Philippũ & regẽ Anglo=		
		rũ Ioãnẽ: eo q; rex Ioãnes regi Philippo dare nolue=		
		rit castrũ rupis Andeliaci & castrũ Vallis Redolij. Et		
		primo quidẽ ĩpetu dissentiõis Philippus rex occupa		
		uit totã terrã Hugonis de Gornaio: q̃ Branũ dice=		
		bat. Deinde multũ laborauit in obsidione Radipon=		
		tis sed nõ pualuit. Rursumq; multo labore obsedit ca		
		strũ Arcarũ/& nõ obtinuit. Misit etiã Arturũ pricipẽ		
		cũ multo comitatu armatorũ in Andegaueñ. pagũ.		
		Qui veniẽtes illuc obsederũt ĩ castro Miribel reginã		
		Alienorã matrẽ regis Ioãnis. Quod audiẽs iã dictus		
		rex Ioãnes lõgissio itinere citissime illuc veniẽs hostes		
		suos & matris audacter inuasit/ debellauit & vicit.		
		Ipsum Arturũ & principes Pictaueñ. qui cũ eo erant		
		& multos alios armis cœpit: & diuersis carcerib9 re=		

Rhõs. | Francorũ | | Anglorũ | Añ. dñi

clusit. matrẽ suã liberauit: Andegauorũ & Turonorũ ciuitates ĩ ius suũ redegit. Deinde veniẽs Rothoma gũ honorifice a ciuibus ꝓpter iestimabilẽ victoriã suscept⁹ est.

4 | 22 | ¶ Hugo de Gornaio apte defecit a rege An- | 4 | 1203
glorũ Ioãne quod pri⁹ occulte fecisse putaba
tur. Et tradidit regi Frãcorũ castrũ Montisfortis qđ tamẽ nõ multo post debellauit & cœpit. ¶ Eodẽ ãno Petrus de Mellẽto filius Roberti comitis Mellẽtini/ transiuit ad regẽ Francorũ & tradidit ei castrũ Bellimõtis: nec multo post mortu⁹ est Et hugo de Gornaio etiã a rege Francorũ vt manifestus ꝓditor amissa tota terra sua expulsus esse dicitur. ¶ Eodem ãno dñi rex Ioãnes ĩ acquirẽda dolo vrbe & aliis quibusdã occupatus esset rex Francorũ: Philippus castrũ Radipontis obsedit & cœpit: & Andreã de Bellocãpo militẽ fidelissimũ qui custodiebat illud. Aeliza Bigeressa mulier nobilis eccl'ię Gemet'. & Alexandro abbati se reddidit: & dedit octo acras terrę & duos hospites cũ õni tenemẽto eorũ Robertũ Trauelle & Robertum Soliman.

5 | 23 | ¶ Stati post natale dñi castrũ de Rupe Ande | 5 | 1204
liaci a rege Frãcorũ Philippo obsessũ & captũ est: rege Ioãne in Anglia cõmorãte. ¶ Eodẽ ãno Philippus rex Francorũ cõmorãte in Anglia rege Ioãne/ occupauit totã Normãniã: & cõpletũ est illud vaticiniũ/ vtrãq; insulã amittet Neustria/ id est Angliã & Hiberniã monasteria Teuseriã dederũt regi Francorũ/ vnũquodq; q̃ ab eo extorqueri potuit. Et expoliata est terra honorib⁹ & diuitiis: quia munera sola data sũt Frãcis ¶ Eodẽ ãno gelu grauissimũ cœpit nonis Decẽbris: & durauit & ꝑdurauit fere cõtinuũ vsq; 12 calẽdas Aprilis. fuitq; hiems maxima & ĩpedita est ex pte satio tã hyemalis q̃ vernalis: quia in toto illo tẽpore nõ duob⁹ cõtinuis diebus arare vel semiare homines potuerũt.

¶ Balduin⁹ comes Flãdreñ & Hauieñ. qui cũ multis aliis pegrinis de terra sua egressus fuerat: vt subueniret Christianis in Palestina/ cõsilio dñi pape Innocẽtii transiuit Constantinopolim.

¶ Et expulsis siue iterfectis multis proditoribus Rhomanæ ecclesię aduersariis/ electus est ĩperator Constantinopolitanus anno sequẽti dñica qua cantatur Iubilate Millesimo ducẽtesimo quarto.

Rhõa.	Francorum		Anglorũ	Añ.dñi
6	24	¶ Litterę Cęsarieñ. archiepi venerũt Rotho	6	1205
		magũ ꝓteſtãtes deſolationẽ terrę Hieroſoly		
		morũ: eo ꝙ mortu⁹ eſt filius regis Hẽrici circa purifi		
		cationẽ beatæ Marię qui ſperabat regnũ Chriſtiano=		
		rũ bene eſſe recturus. Sed & ipẽ rex Hamericus prio		
		die Aprilis mortuus eſt: & remãſit terra ſine rectore.		
		¶ Peregrini & fere oẽs Cõſtantinopoli ad Balduinũ		
		ĩperatorẽ tranſibãt. ¶ Tẽplarij & Hoſpitalarij vix ſe		
		defendẽtes dñiũ terrę adiudicauerũt cuidã puelle/ꝗ		
		fuerat filia marchiõis de Monteferrato: & ſtatuerũt		
		eã ſub cuſtodia cuiuſdã auũculi ſui. ¶ Pictaueñ. du=		
		ces regi Frãcorũ Philippo reſiſtẽtes ĩ multis ꝑualue=		
		rũt: regis Anglorũ Ioãnis ptes defendẽtes. Hoc etiã		
		ãno Balduin⁹ Cõſtãtinopolitan⁹ ĩperator alijq́ʒ mul		
		ti occiſi ſũt a Ioãne de Blac ĩ bello. Et vir illuſtris fra		
		ter eius Hẽricus rexit ĩpiũ. ¶ Otto vero fortiſſim⁹ rex		
		Alemãnorũ pugnauit cõtra Philippũ ducẽ Suauiæ		
		qui Coloniã obſederat: & vicit hoſteſq́ʒ ſuos alios fu		
		gauit/alios in ius ſuũ captos reduxit/Coloniã libe=		
		rauit/ꝑda copioſa potitus eſt.		
7	25	¶ Rex Ioãnes ab Anglia egreſſus pagũ Picta	7	1206
		ueñ ĩtrauit/cõtra regẽ Frãcorũ rebellatur⁹: ſʒ poſtea		
		cũ milites ei⁹ varias ĩfirmitates ĩcurrerẽt/facta pace		
		ad tẽpus cũ rege Frãcorũ videlʒ vſq́ʒ ad duos ãnos		
		receſſit. ¶ Rex Otto cũ Philippo duce Suauię de pa		
		ce multa locutus pacẽ facere nõ potuit: ſed Coloniã reliq̃t.		
8	26	¶ Rex Otto venit in Angliã & quibuſdã pa=	8	1207
		ctiõibus ĩterpoſitis/cũ rege Ioãne 30 milia marcarũ		
		argẽti aſportauit: & Alemãniã redijt. ¶ Rex Frãcorũ		
		Philippus mẽſe Maio manu armata ꝗuis nemo re=		
		ſiſteret Rothomagũ primo ĩtrauit: & a ciuib⁹ eiuſdẽ		
		vrbis multã pecuniã & multa donaria ſuſcepit. Deiñ		
		ſimili modo Vernoliũ venit ſed nõ intrauit. ¶ Epus		
		Sueſſonũ cũ magna multitudĩe Cõſtãtinopoli adijt.		
		¶ Eodẽ ãno obijt Vualterus Rothomageñ. archieps		
		16 calẽdas Decẽbris: ſedit archiepiſcopus ãnis 23.		
		¶ Anno ſequẽti ſucceſſit Robertus cognomẽto Pullus		
9	27	¶ Multi in Gallia cruces ĩ pectorib⁹ accepe=	9	1208
		rũt: pugnaturi contra Albigeſeos hęreticos.		
10	28	¶ Otto rex Alemãnorũ Rhomę cõſecrat⁹ eſt	10	1209

Rhoa.	Francorum		Anglorū	Anñ dñi
		iperator Rhomanorū: q̃uis cardinales pauci		
		& pars aliqua senatorū cōtradicerēt. vnde in		
		vrbe Rhoma fuit bellū trib9 dieb9 īter ptes.		
2	29	¶ A calēdis Ianuarij gelu cœpit grauissimū:	11	1210
		& pseuerauit vsq3 p duos fere mēses. Ita q̄ sa-		
		tio hyemalis ex magna pte īpedita & piclita-		
		ta est/& quod seminatū fuerat de frumēto sic euanuit		
		in multis locis: q̄ nec tantū colligi potuit quātū se-		
		minatū fuerat. ¶ Eodē āno cóntra Albigeseos hęre-		
		ticos multi accipiētes crucē in pectorib9: pfecti sunt		
		calendis Augusti. ¶ Exercitus Philippi regis Frāco-		
		rū a Medūta exiēs cōtra quosdā Britones pfectus est.		
		¶ Chronici Sigeberti cū additionibus finis.		

¶ Errata nōnullis in locis depręhensa & ex officina recognita.

Linea	Pagina	¶ Errata ad limam castigata.	Folio.
in	1	Theodosiū Archadiū. legendū Theodosius	2
filius	1	annis 33. legendū 34 (cis.	2
Hono	2	sopit9 ī Africa hęretic9: leg. sopitis ī Africa hęreti-	7
4	1	i. i. i. supponēdū Britāni Gūdericus Athanulphus.	7
incur	1	Aniani. vetus exēplar/animans habet	11
man	1	incruentē. legendū incruentam	11
anno	1	ætatis suę 73: vetus exemplar 83	12
tionis	2	nonagita duos: vetus exēplar nonagita quinq3	13
ca	1	Anthiochia. scrbendū Antiochia.	104
Chui	1	Chuitilam. legendū Chintilan	43
4	1	Chintasiūdus 1. supponēdū Flauius	48
ratoris	2	iuxta. legendū nupta	89
Cal	1	Calduinus. legendū Balduinus	111
et	1	et quicquid. legendū quid	127

¶ Ex his autē erratis pmulta in cōplurib9 libris emēdata sunt: vbi primū cō-tingit illa īter castigationē in officina dep̄hēdi. Si qua vero alia supsūt emē-dationē efflagitātia: facile a quouis dignosci poterūt

¶ Id quoq3 nō p̄tereūdū: q̄ penultimū foliū codicis/n/ numerū suū in frōte ponēdū nō habet. Cęterū index historiarū illius folij ad numerū 103 qui in illo folio signari deberet/sumitur.

¶ Absolutū est Parisijs hoc Sigeberti Chronicon/ cum non paucis additio-nibus: per Henricū Stephanū artis litterarū excusoriæ industriū opificē/ in sua officina e regione scolę Decretorū, expēsis eiusdē & Ioānis Parui biblio-polę īsignis. Anno dñi cūcta tēpora disponētis: 1513 / Calendis Iunij.




colorchecker CLASSIC
calibrite
mm